In nomine sanctę et individue Trinitatis. Heinricus Dei gratia Patherbrunnensis ecclesię episcopus <sup>2)</sup>. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod quidam vir libere conditionis nomine Eiliko et uxor sua eque libera nomine Biva dederunt se in proprietatem Patherbrunnensis cenobii in honore sanctę Dei genitricis Marię sanctorumque apostolorum Petri et Pauli et omnium sanctorum a domino Meinwercō venerabili episcopo constructi. Pro spe autem eterne beatitudinis simul et pro vite temporalis subsidiis cum consensu heredum suorum dederunt in usus fratrum in Dei nomine inibi congregatorum V mansos in villa que vocatur Bellethe <sup>3)</sup> cum quatuor mancipiis et cum IIII areis et uno molendino in comitatu Liudgeri ducis <sup>4)</sup> cum consensu eius et voluntate, Fritherico comite <sup>5)</sup> ecclesię advocato hec suscipiente et regali banno apud Balhornon confirmante. Dominus vero Hamuco eiusdem ecclesię venerabilis abbas consilio fratrum aliorumque fidelium suorum constituit eis cotidie dari duos panes siligineum et album et II eminas cervisie; tribus diebus in ebdomeda, dominica scilicet, feria III, feria V, duas carnes cum uno pulmento olerum seu leguminum, aliis vero diebus id est feria II, feria IIII, sabbato, integrum caseum, feria autem VI que tunc comedi licita forent duo fercula. In festo omnium sanctorum tres solidos gravioris monete ad vestes, tredecim carradas lignorum infra annum, in natale Domini VIII denarios vel porcum tanti precii. Laudatum est hoc, ut, cum vir pro disponendis suis utilitatibus alicubi exiret, mulier domi remanens universa hec acciperet, et si mulier exiret, vir remanens similiter faceret, si vero simul exissent mancipium domi relinquentes, daretur illi in die siligo cum uno ferculo et emina cervisie. Firmatum est etiam multorum testimonio, ut, si vir prior obisset, mulier daret ad cameram ea que vulgo dicuntur *herigewede*, cetera sibi retinens cum prebenda absque tribus solidis; si vero mulier prius moreretur, vir universa cum prebenda retinens ea que vulgo dicunt *giratha* dare non moreretur, ambobus vero mortuis universa que habuissent monasterio provenirent. Ne autem apud posteros in predictis fieret aliqua dissensionis controversia, concessum est, ut universam supellectilem suam sub dominium monasterii contraherent et ubi voluissent in civitate habitantes sub protectione et defensione monasterii cum pace et quiete degerent. Hec nos superne remunerationis obtentu et prefati abbatis fratrumque suorum interventu cum omnibus suis utilitatibus, quesitis et ullo modo deinceps inquirendis, prebende eorum nostra pontificali auctoritate et banno confirmavimus et hanc cartam huius rei seriem continentem sigillo nostro insigniri iussimus. Huius rei testes sunt Frithericus comes et advocatus, Widikindus comes <sup>6)</sup>, Thiedericus comes <sup>7)</sup>, Elferus comes <sup>8)</sup>, Brun tribunus, Erp tribunus <sup>9)</sup>, Hildebold, Richard, Sibrath, Echihard, Volbrath, Altman, Brun, Hugo, Uffo, Widelo, Godescalc, Frithemar, Adelbero, Adelbrath, Waltgot, Thietmar, Wælziko, Sigebodo. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.XVIII<sup>o</sup>, indictione XI, regnante rege Heinrico V.

Rechts aufgedruckt ist das grosse runde Siegel des Bischofs mit der Umschrift: HINRICUS GRA DI PATHERBRUNNENSIS EPS.

<sup>1)</sup> Aus dem Hause der Grafen von Arnsberg, S. oben Nro. 12. — <sup>2)</sup> Bis hierher verlängerte Schrift. — <sup>3)</sup> Belle im Frst. Lippe S. von Blomberg. Diese Güter waren vom Kloster später an die Familie von Kanne als Lehen ausgethan. Vgl. Preuss und Falkmann I. Nro. 41. — <sup>4)</sup> des späteren Kaisers Lothar, damals Herzogs von Sachsen. — <sup>5)</sup> von Arnsberg, Neffe des Ausstellers. — <sup>6)</sup> von Schwalenberg. — <sup>7)</sup> Unbekannt aus welchem Hause. — <sup>8)</sup> Wohl der Stadtgraf. — <sup>9)</sup> Die Bedeutung dieses Wortes als Gograf werde ich, wie U.-B. IV. 71. Not. 5 erwähnt, zu einer Herforder Urkunde von 1268 nachweisen. Spilcker Wigands Archiv I. c. S. 104. wusste die Amtswirksamkeit der tribuni nicht zu acuten.

## 31.

*Der spätere Slavenapostel Vicilin schenkt als Bremer Canonikus dem Kloster Abdinghof die Lebensbeschreibungen der Heiligen Willehad, Ansgar und Rimbert nebst einigen Reliquien ihrer Körper und erhält dafür die Bruderschaft des Klosters (1118<sup>1)</sup>—1123<sup>2)</sup>). — Von späterer Hand eingetragen auf der ersten Seite der erwähnten Handschrift *sæc. XII. Msc. I. 228*<sup>3)</sup>.*

Temporibus domini Hamukonis Patherbrunnensis abbatis quondam religiosus canonicus Bremensis ecclesie nomine Vicilinus fraternitatis nostre societatem expetens et eam a nobis consecutus, ad indicium sue erga nos devotionis et eiusdem fraternitatis confirmationem, contulit nobis cum consensu episcopi sui domini Fritherici venerandas reliquias sanctorum confessorum et episcoporum prefate Bremensis ecclesie, Willehadi, Anscharii et Rimberti, una cum isto libro in quo ipsorum sanctorum miranda gesta conscripta habentur. Qua propter dignam sui commemorationem apud nos et posteros nostros iure obtinebit.

## 32.

\* *Abt Hamuko von Abdinghof stiftet seine Memorie im dortigen Kloster durch Schenkung eines dem Villicus von Enenus abgekauften Gutes. 1124. Juli 17. — Angebliches Or. (Nachbildung *sæc. XII. exeunt.*) im diplomat. Apparat der Universitätsbibliothek zu Göttingen.*

In nomine sanctę et individue Trinitatis<sup>4)</sup>. Notum sit omnibus Patherbrunnensis cenobii filiis et fidelibus, qualiter ego Hamuko Dei gratia eiusdem cenobii humilis provisor communicato fratrum aliorumque amicorum meorum consilio mansum unum in inferiori Andepo<sup>5)</sup> ab Eilberto villico de Enenus faventibus et laudantibus heredibus eius quinque marcis comparavi, quem intuitu eterne retributionis fraterneque commemorationis, communi utilitati profuturum ecclesie nostre legitime delegavi. Quod apud posteros nostros ratum et invulsum permanere desiderans, hanc paginam, huius rei indicem, sigillo nostro signavi et de testibus qui affuerunt hos ex multis annotavi: Uffo, Folcbrath, Altman, Adelbrath, Waltgot, Elveric, Bernhard, Walziko, Sigebodo, Sibrath, Warmund, Eilbrath, Gerlag, Reinzo, Liudolf et alii multi. Actum XVI Kalendas Augusti anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XXIII<sup>o</sup>, indictione secunda regnante Heinrico rege quinto.

Das kreisförmige Siegel ist der rechten Seite des Pergaments aufgedrückt und durch zwei über Kreuz gelegte mitversiegelte Pergamentstreifen, welche auf der Rückseite sichtbar werden, befestigt. Das Siegel stellt den Abt im Brustbilde dar, den Hirtenstab in der Rechten und die Bibel in der Linken mit der Umschrift: HAMUCO GRA DI ABBAS.

<sup>1)</sup> Wo Abt Hamuko zuerst erscheint. — <sup>2)</sup> Wo Erzbischof Friedrich von Bremen starb. — <sup>3)</sup> Am Schlusse des Buchs, aber noch vor der Series der Erzbischöfe von Bremen und Hamburg, hat sich der Schreiber in folgender sehr geworden ausgedrückter Bitte genannt:

Laudat ut absentem monet hæc scriptura legentem Everhardum huius libelli scriptorem, ut me pro eo pia oratione apud Deum semper habeat laudatorem, qui vivit et dominatur per immortalia sæcula sæculorum.

Darunter ist dann von einer ganz verschiedenen Hand ebenfalls des XII. Jahrhunderts gesetzt:

Obsecro lectorem Vicilini peccatoris esse memorem,

worin man unter Berücksichtigung des Umstandes, dass Vicilin das Buch behufs Erlangung der Gebetverbrüderung dem Kloster Abdinghof schenkte, wohl die eigenhändige Widmung des berühmten Bischofs von Aldenburg † 1154 sehen darf. In Bremischen Urkunden wird Vicilin einmal in einer undatirten vor dem Jahre 1117 verfassten Urkunde als scolasticus genannt. Brem. U.-B. I. Nro. 29. Einen Bremischen Geistlichen Everhard kann ich für die angegebene Zeit auch mit Hilfe des vortrefflichen Registers zu dem genannten Urk.-Buche nicht namhaft machen. —

<sup>4)</sup> Bis hierher verlängerte Schrift. — <sup>5)</sup> SW. von Soest. Diese Güter wurden dem Kloster im Jahre 1144 durch Bischof Bernhard bestätigt. Erhard R. 1653. C. 248.

## 33.

*Bischof Dietrich II. von Münster stiftet seine und seiner Vorfahren Memorie im Kloster Abdinghof durch Schenkung gewisser nach dem unbeerbten Tod eines Vasallen an ihn heimgefallener Erbgüter zu Nieder-Meisser <sup>1)</sup>.*

1126. — Angebliches Or. im diplomatischen Apparat der Univ.-Bibliothek zu Göttingen Nr. 44; gedr. *Forschungen zur Deutschen Geschichte VI. 583 <sup>2)</sup>.*

In nomine sanctę et individue Trinitatis. Thidericus Dei gratia Monasteriensis ecclesię episcopus. Si utilitatibus servorum Dei prospicere et eos de facultatibus nostris studuerimus sustentare, mercedis eorum consortium a iusto retributore Christo in cęlis possumus sperare. Qua propter ego Thidericus indignus Monasteriensis ecclesię presul hereditaria <sup>3)</sup> bona mea, que sunt in inferiori Messere, cum mihi omnimodis libera fuerint, quippe Gazboldo ministeriali meo, qui ea in beneficium possederat, iam moriente nec uxorem nec filios habente, pro remedio anime mee omniumque parentum meorum tradidi Deo et sanctis apostolis eius Petro et Paulo ad principale altare in cęnobio Patherbrunnensi: ut monachi inibi Deo famulantes eadem bona cum omnibus suis appendiciis atque cum omni utilitate, que ullo modo inde provenire poterit, ad mensam suam libere habeant et mei parentumque meorum memores in suis orationibus esse studeant. (Nos igitur) hanc traditionem eidem cenobio beati Petri apostoli et nostro perpetuo banno confirmamus et roboramus constituentes, ut nulla persona parva vel magna quemlibet abbatem vel fratres ipsius cęnobii super eisdem bonis inquietare, molestare aut divestire presumat. Quod si presumpserit, omnipotentis Dei et apostolorum eius iram atque offensam incurrat et cum cęteris raptoribus ecclesiarum illi maledicto subiaceat: „Ite maledicti in ignem ęthernum, qui preparatus est diabolo et angelis eius.“ Et ut hęc nostrę episcopalis confirmationis auctoritas stabilis et inconvulsa permaneat per succedentium temporum momenta, hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Acta sunt hęc anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.XXVI<sup>o</sup>, indictione III, Liudgero rege regnante, anno I regni eius. Huius rei testes sunt: canonici Anselm, Becelin; laici vero Thietmar, Heriman, Grimbreth, Othelric, Becilin, Hazike, Reinold, Reinwerc, Wiringis, Gerlag, Reinzo, Eilbreth, Warmund.

Das grosse kreisförmige, auf dem untern leeren Raume des länglichen Pergaments aufgedrückt gewesene Siegel ist verloren

<sup>1)</sup> Provinz Hessen S. von Liebenau. Aus der Abdinghofer Urkunde vom Jahre 1250 Nro. 53. erschen wir, dass das Kloster damals zwei Mansi in parvo Messere als Lehen ausgethan hatte an die domina Alheithis de Uflo, Westuffeln SO. von Niedermeisser. — <sup>2)</sup> Als Beilage zu Adolf Cohn's Beitr. zur älteren deutschen Geschlechtskunde. I. Zur Geschichte der Grafen von Reinhausen und Winzenburg. — <sup>3)</sup> Wenn Ficker im Grossen und Ganzen darin auch Recht hat, dass er G.-Q. I. S. 18. not. 6. sagt, Dietrich II. als Graf von Winzenburg sei nicht zu erweisen, so hat Cohn l. c. doch diese Angabe des Bischofs über seine Erbgüter in Meisser mit Erfolg benutzt, um die Wahrscheinlichkeit seiner Abstammung aus diesem Hause und hiermit die Richtigkeit der Angabe der Münster'schen Bischofschronik zu begründen. Wir dürfen Dietrich sonach wohl für einen Bruder des Grafen Hermann von Winzenburg halten, den die Chronik ja auch bei der Restitution Dietrichs im Jahre 1121 besonders thätig sein lässt. Doch hat Cohn nicht nachzuweisen gewusst, ob der nobilissimus Esico de Mesheri, der nach der vita Meinwerci SS. XI. 123. Nro. 54. der Paderborner Kirche zu Bischof Meinwerks Zeit Güter zu Grosse Neder (SW. von Borgentreich, Cohn l. c. 547. not. 4. und 559. not. 2. corrigirt irrig Eder und Grossen-Eder) schenkte, als Vorfahr Dietrichs zu erachten sei. Von völliger Beweiskraft aber ist Cohn's Verdammungsurtheil l. c. 568. über die wunderliche Urkunde, zuletzt noch gedruckt bei Sloet Oorkundenboek der Graafschappen Gelre en Zutphen I. Nro. 229, worin Theodericus . . . Manigardevordensis (*sic!*) episcopus et oppidi Sutphaniensis heres legitimus die Vogtei über die Kirche zu Zütphen an Constantin de Berge zurückgiebt. Sie ist ebenso unächt und untergeschoben, wie die Urkunde Bischof Wilhelms von Utrecht 1054—1076, auf welche sie sich beruft, l. c. 569, und nicht minder unächt ist auch eine andere Utrechter Urkunde von 1126, Sloet l. c. Nro. 244, in welcher Bischof Dietrich als Zeuge vorkommt, wie dies Jaffé K. Lothar S. 231 erwiesen. Hiernach dürfen wir nicht anstehen, auch die Ansicht zu verwerfen, die Dietrich II. zu einem Grafen von Zütphen macht, eine Annahme, der nach Kösters und Kleinsorgen K.-G. I. 567, noch Erhard G. v. M. und Mooyer

## 34.

\* *Bischof Heinrich von Paderborn schenkt der Kirche auf dem Helmershauser Berge, welche er mit dem für eine von ihm nicht ausgeführte Pilgerfahrt nach Jerusalem bestimmten Gelde erbaut hatte, mehrere Güter. 1126.*  
— *Regest in den Auszügen aus den libri Variorum* <sup>1)</sup> *Msc. I. 242a. S. 32.*

Anno MCXXVI. Literæ Heinrici episcopi Paderbrunnensis, quod (cum) votivum desiderium conceperit Hierosolymam petere, spirituales viri responderunt, ut impensis quæ paraverat oratorium construeret, fecerit ecclesiam in honore S. Johannis Baptiste in monte qui eminet Helmwardensi cenobio, ministerialis quidam Rôthulfus habitans in villa Thietmaessen <sup>2)</sup> impugnaverit . . . . . vocatus ad iudicium, venire contempserit, beneficium abiudicatum, excommunicatur, in excommunicatione occisus; quod ecclesia in dicto monte a Siwardo Mindensi episcopo <sup>3)</sup> consecrata. Pro remedio animæ suæ et totius Paderbornensis ecclesiæ tradidit prædium in dicta villa, 2½ mansos in Horhusen, 9 mansos in Helmgadissen. Testes: Siwardus episcopus, Wino præpositus maioris ecclesiæ, Bernhardus decanus, Conradus præpositus S. Andreae, Reinbert, Rantwig, Reinboldus abbas cum omni conventu; Sigifridus comes et advocatus eiusdem ecclesiæ <sup>4)</sup> qui et suscepit in advocatum Conradum comitem de Eversten <sup>5)</sup>, Reinoldus de Dassele, Conradus de Everscute, Ludoldus de Osdagessen, Bertoldus et Conradus fratres de Culitte <sup>6)</sup>.

## 35.

\* *Ethelind, die Wittwe Siberts, resignirt dem Abte Hamuko von Abdinghof die von ihr und ihrem Ehemanne bisher vom Kloster zu Lehen getragenen Güter zu Nordborchen ohne alle Entschädigung. O. J. (1128 ?) — 1142 <sup>8)</sup>*). — *Hier nach Ernst Friedländers Abschrift aus der Hdschr. der K. Bibliothek zu Cassel Msc. Theol. Quarto Nro. 60.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Noverit omnium fidelium Christi tam presentium quam futurorum universitas, qualiter bona in Northburgnon cum longo tempore in beneficio possessa fuissent, prebende fratrum, unde ablata fuerant, restituta sint. Mulier quedam religiosa Ethelind nomine defuncto viro suo Siberto <sup>9)</sup> in viduitate permanens et de die in diem ad meliora tendens et in amore Domini proficiens, perpetue beatitudinis spe provocata, pro redemptione animæ tam suæ quam viri sui abrenunciare seculo volens et artioris propositi viam ingredi, venit cum multis honestis personis et prædium in Northburgnon, quod cum viro suo acceperat in beneficium, fratribus in presentia domini Hamukonis abbatis sine aliqua commutationis vicissitudine et sine aliquo redemptionis pretio restituit, ea videlicet intentione et conditione, ut predictum prædium cum omnibus suis appenditiis omnibusque utensilibus, que-

im Onomastikon folgen. Allerdings ist aber auch unsere Urkunde aller Wahrscheinlichkeit nach nur eine ein halb Jahrhundert nach dem Ausstellungsjahr angefertigte Nachbildung. Vgl. meinen Aufsatz: die Urkundenfälschungen des Klosters Abdinghof, Zeitschr. XXXIV. 1. S. 24.

<sup>1)</sup> sub rubro Helmarshausen. Diese Auszüge sind hier noch unleserlicher als sonst. — <sup>2)</sup> Wird in den Tradd. Meinwerchi erwähnt, Erhard R. 788, ohne daes dessen Lage zu constatiren wäre. — <sup>3)</sup> 1120—1140. Welchen Grund aber diese von ihm in der Paderborner Diöcese vorgenommene Consecration einer Kirche hatte, wird nicht gesagt. — <sup>4)</sup> Der letzte männliche Spross der Familie der Grafen von Nordheim starb 1144. Dass er Vogt von Helmarshausen gewesen, was Schrader Dynasten S. 121. sq. unbekannt geblieben, wird ausser durch die vorliegende Urkunde auch noch durch Erhard C. 226. bestätigt. — <sup>5)</sup> Erscheint in den Jahren 1113—1139. Cfr. v. Spilcker Graf. Everstein I. 216. und die Urkunde unten vom letzteren Jahre. — <sup>6)</sup> Werden noch in Paderborner Urkunden von 1153 und 1158 erwähnt Erhard C. 289. 313. — <sup>7)</sup> Wo zuletzt der Domdechant Bernhard, der Vorgänger des hier als Zeuge genannten Reinbert auftritt, C. 207. — <sup>8)</sup> Bis wohin Abt Hamuko urkundlich vorkommt. Erhard C. 236. — <sup>9)</sup> Ob Adalrad, mit dem sich Abt Conrad von Abdinghof wegen eines Lehnguts zu Nordborchen um 1145 vergleichen musste, ein Sohn dieser Eheleute war, hat sich nicht ermitteln lassen. Vgl. Erhard R. 1663 C. 251.

sitis et inquirendis, vel quolibet modo dici vel nominari possunt, sicut et ipsa habebat, usibus fratrum, unde ablatum erat, deserviret et ut nunquam alicui parvę vel magnę personę ulterius in beneficium concederetur, multa precum instantia a domino abbate impetravit sponsonem. Huius rei testes sunt canonici: Wino prepositus, Reinbertus decanus, Godescalcus; monachi vero: Werinherus, Frithericus, Adelgerus, Wibernus et ceteri fratres tam monachi quam canonici; ministeriales autem: Uffo, Altman, Adelbrath, Albern, Walgot, Volcwin, Frethemarus, Welceco, Godefridus, Wolcbrath, Sibertus, Gerlagus, Warmund, Eilbrath.

## 36.

\* *Der Propst Esic von Busdorf bekundet, dass Lubert von Delden ein Eigenbehöriger des Stifts geworden, und die Busdorfer Güter zu Delden <sup>1)</sup> unter der Bedingung übertragen erhalten habe, dass er auch seine Erbgüter dem Stifte übergebe und von diesem zurückempfangen. O. J. 1129—1136? 1140? <sup>2)</sup>. — Abschr. Msc. I. 121. fol. 31<sup>4</sup>.*

Ego E(sic) Dei gratia in Patherbrunnen Hierosolimitane ecclesie prepositus nolens latere tam presentes quam futuros, quomodo Liubertus de Thelden se eidem subiugaverit ecclesie, has scribi precepi litterulas. Venit predictus Liubertus monitu patris sui cum quibusdam amicis suis obnixe orans, sibi bona prememorata ecclesie, videlicet mansum quoque anno valentem tres solidos illius monete in qua manet, sub tali condicione concedi, quod ipse se cum agris suis et eorum appendentiis, scilicet utilitate silvarum, aquarum subiugaret, et quod ipse et pater suus bono tam a me prestito, quam hereditario, dum viveret, fungerentur et postmodum inde prebende fratrum predictę ecclesie meliorarentur. Quod factum quia honestum et utile futurum ecclesie cure meę commisse sperabam, presentibus canonicis eiusdem ecclesie, videlicet decano Theoderico, Volchelmo, Bernhardo, Rothehero, Thegenhardo, Heinrico, Volcundo, Remboldo, Herewico, Ufone et ministris scilicet Rethero, Odmundo, Alcetone, Bruengero, Escethino, Eilberto, Vrowino, Everhardo et duobus fratribus ministris <sup>3)</sup> sancti Liborii, Altmanno, Athelberto, nullo contradicente predicti Liuberti petitionem sub predicta condicione IIII. Kalendas Aprilis explevi. Bernhardus <sup>4)</sup> vero episcopus nostre ecclesie hoc factum tam saneitum et multis beneplacitum nolens esse irritum in sancto die ascensionis Domini in Patherbrunnen presentibus multis nominatis viris, videlicet abbate eiusdem civitatis Hamecone et preposito matricis ecclesie Winone et decano Othelrico et

<sup>1)</sup> Delden in der Twente NW. von Gronau. Meinwerck sagt in der Stiftungsurkunde von Busdorf von 1036 C. 127 über diese Güter: dans curtem unam in Thelden, quam ex hæreditate paterna possedi. Diese Güter in Delden verkaufte das Stift dann 1239 an den Edlen von Ahaus W. U.-B. IV. Nro. 285. und meine Note. — <sup>2)</sup> Um die Frage zu beantworten, wann diese Urkunde abgefasst worden, wird die Reihenfolge der Busdorfer Propste in der ersten Hälfte des 12. Jahrhunderts zuerst festzusetzen sein. Wir dürfen als solchen wohl den Conradus prepositus betrachten, der in der Zeit von 1101 bis 1129 Erhard C. 171. 173. 192. 193. 196. 202 und 207. in dieser Weise urkundlich erwähnt wird, aber ohne Angabe des Stifts, dem er vorstand. Dies ist dann aber der Fall bei Rembert, der zum Jahre 1136 C. 219. zum ersten Male und dann später noch öfter als prepositus S. Andree erscheint. Die Initiale E unserer Urkunde müssen wir nun unbedenklich auf Esicus beziehen, welcher C. 206. in einer undatirten Urkunde B. Bernhards I. als Propst von Busdorf genannt wird. Wir dürfen dann auch annehmen, dass Esic zwischen 1129 und 1136, nach Conrad und vor Rembert, Propst des Stifts Busdorf gewesen und wahrscheinlich in dieser Zeit also unsere Urkunde ebenso wie die von Erhard R. 1511 zwischen 1128—1160 gestellte andere Urkunde abgefasst ist. Aber dieser Propst Esic erscheint C. 205. schon zum Jahre 1128, wo doch Conrad noch lebte, und C. 236. noch im Jahre 1142, wo Rembert doch schon lange Busdorfer Propst war. Hierzu kommt noch eine andere Schwierigkeit. In unserer Urkunde wird auch ein Domdechant Othelric genannt. Dieser wird urkundlich erst 1140 C. 234. sein Vorgänger Rembert dagegen noch 1137, Erhard R. 1574, Msc. VII. 6704. fol. 4, in Verbindung mit Esic erwähnt (Esicius prepositus, Reymbertus decanus). Diese Widersprüche lassen sich nur durch die Annahme heben, dass in Paderborn die Dignitaren jährlich oder in kürzeren Zeiträumen gewechselt haben. — <sup>3)</sup> D. i. Ministerialen des Domstifts; die vorhergenannten Rether, Odmund etc. waren Busdorfer Ministerialen. — <sup>4)</sup> Der Erste, aus der Familie von Oesede.

omnibus canonicis utriusque ecclesie et duobus liberis viris, scilicet Ludolpho fratre suo <sup>1)</sup>, Hermanno de Lippia <sup>2)</sup>, et ministris utriusque ecclesie et aliis quam pluribus clericis et laicis banno sancti Petri et suo confirmavit, ut coram tantis viris in ecclesia sancctum nemo auderet neque posset infringere, et si quis infringeret, nisi se corrigeret et ecclesie pro iniuria illata satisfaceret, vivus et mortuus locum dampnacionis subiret.

## 37.

*Erzbischof Conrad von Salzburg bekennt in einer Urkunde d. d. Salzburg den 17. Juli 1131, dass er unter Beihülfe zweier durch Weisheit, Erfahrung und Tugend ausgezeichneten Bischöfe, der Bischöfe Cuno von Regensburg und Ecbert von Münster es unternommen habe, die kirchlichen Zustände seines Erzbisthums zu reformiren: von Meiller Regesten zur Gesch. der Salzburger Erzbischöfe S. 22. Eben dort und S. 431. ist dann aus Mon. Germ. SS. XIII. 74. §. 18. der weitere Beweis erbracht, dass Ecbert den Erzbischof auch nach Steiermark begleitet hat. Aus diesen Daten ergibt sich, dass Ecbert, in Erfüllung der ihm von K. Lothar übertragenen Mission nach Italien behufs Unterwerfung des Gegenpapstes Anaclet, zunächst nach Böhmen ging und dort in Wissegrad bei Prag das Fest der Kreuzerfindung (Mai 3.) feierte, wie dies schon Erhard R. 1534 ohne seine Quelle anzugeben, aus dem Continuator Cosmæ SS. XI. 136, vgl. Jaffé K. Lothar S. 99, dargethan hat, dann aber von Böhmen aus sich nach Salzburg und Steiermark begab. Nach Italien ist er aber nicht gekommen, wohl weil der Gegenkönig Conrad von Hohenstaufen ihm die Pässe verlegte. Die Urkunde von 1131 über die Aufhebung des Nonnenklosters Liesborn, Erhard R. 1535. C. 212, wird daher wohl erst bei seiner Rückkehr nach Münster ausgestellt sein. Andererseits steht auch fest, dass Ecbert am 25. December 1131 in Cöln gewesen und daselbst am 9. Januar 1132 gestorben ist. Erhard R. 1536 u. 1539.*

## 38.

\* *Bischof Bernhard I. von Paderborn erneut dem Abte Folcmar von Corvey das (von seinem Vorgänger Heinrich an Abt Erkimbert ertheilte) <sup>3)</sup> Privileg über die Zehntrechte des Klosters Corvey im Bisthume Paderborn. 1133. — Abschr. s. XV. Msc. I. 134. S. 110 <sup>4)</sup>.*

Notum esse volumus tam presentis quam futuri evi fidelibus, quod ego Bernhardus gratia Dei ecclesie Patherburnensis episcopus rogatu venerabilis Folcmari Corbeiensis abbatis et fratrum eius tradidi ipsis in utilitatem, specialiter fratrum, decimas de novalibus, que fiunt supra villam Huxeri, in Bilenberg, in Frithibugil in omnibus, que vel modo extirpata sunt vel post hec extirpari poterunt, pro remedio anime mee ceterorumque episcoporum Patherburnensis ecclesie. Traditiones etiam antiquas et consensum predecessorum meorum confirmo in ceteris decimis omnibus, quas in Patherburnensi episcopatu possidere noscuntur, ne quis futurorum terminos antiquos, quos statuerunt patres nostri, transgredi moliat. Et ut hanc traditionem nostram et confirmationem nemo convellat sed in eternum eis rata permaneat, has litteras ipsis conscribi fecimus, quas eciam in testimonium inpressione sigilli nostri roborari precepimus. Actum (anno) dominice incarnationis M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.XXXIII<sup>o</sup>, indictione . . . ., imperante Lothario, presidente Corbeys abbate Folcmaro. Data . . . .

<sup>1)</sup> Von Oesede, der in den Jahren 1138—1184 in den Urkunden häufig erwähnt wird. Vgl. Register zu Erhard S. 71. —

<sup>2)</sup> Der Erste 1129—1167. — <sup>3)</sup> Erhard R. 1393. C. 183, welche Urkunde hier fast wörtlich reproducirt ist. — <sup>4)</sup> Nach Massgabe des Schlusses wohl aus einem Concepte.

## 39.

*Abt Folcmar von Corvey tauscht mit dem Abte Hartwig von Flechtdorf den Zehnten in der Bauerschaft dieses Namens gegen einen Hof in Niedern-Gembach<sup>1)</sup> aus. 1137 Juni 19.<sup>2)</sup> — Abschrift α) Msc. VII. 6704. S. 4; β) Msc. VII. 6704 A. S. 5; gedruckt bei Schrader Dynasten S. 230 (nicht bei Erhard).*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Folcmarus Dei gracia sancte Corbeyensis ecclesie qualiscunque provisor. Sicud incautorum improvidencie asscribitur, si nullo certitudinis indicio posteritati sue relicto factum suum infirmum dissolubileque fecerint, ita et sagacium prudencie deputatur, si propria facta omni cautela roborata per successiones inviolanda firmaverint. Unde ut ea, que nos statuimus inviolabilem optineant firmitatem, noticie cunctorum Christi fidelium tam presentis quam futuri evi transmittimus de convencione, que facta est inter Corbeyensem et eam, que in Flietorp sita est ecclesiam, scilicet pro decimarum in eadem villa positarum commutatione et confirmacione, consensu domini Bernhardi<sup>3)</sup> Patherburnensis episcopi et advocatorum utriusque partis et testamenti subscriptione. Nam cum indigene eius ville pro exactione decimarum ab hiis, qui eas in beneficio a nobis habebant, sepe gravarentur, gravati minus debite pensionem<sup>4)</sup> reddere cogerentur, venerabilis abbas Hartwycus, qui tunc temporis ipsi loco preerat, sibi consuluit, nobis dampnum non attulit, nos convenit et obnixè rogavit, ut easdem decimas in ius monasterii sui concederemus eadem libertate, qua a nobis possesse fuerunt, et in concambium reciperemus curtim suam in Gambeke cum uno mancipio et omnibus utilitatibus et terminis suis, terris cultis et incultis, pratis pascuis silvis aquis aquarumve decursibus. Verum quia nostris videbatur curtis illa non sufficere in redemptionem earundem decimarum, predictus abbas sexaginta iugera cum area superaddidit. Nos itaque fraterne caritatis intuitu admoniti annuimus iustis petitionibus, decimarum usu illi concesso, concambio recepto. Et ne post nostrorum temporum decursum querimonie partium surrepant, hanc nostre testificationis cartam conscribi fecimus et sigilli nostri inpressione signavimus testesque subnotavimus: Herman advocatus eiusdem ecclesie, Sigefridus comes advocatus noster, Volwinus, Bernhardus de Lippe, Conrad de Everscutte, Liudold frater episcopi, Frideric (de) Glindfeld, Wern (de) Huckelem<sup>5)</sup>, Everhard (de) Hersete, Wernhere (de) Scerve, Johan Uppenheim, Wernhere de Brach<sup>6)</sup>, Otto de Vesperthe; ministeriales Corbeienses: Liudolf, Conrad, Heribold, Volprecht, Wernolf, Tideric, Elveric, Carl, Godescalk, Conrad, Carl, Degenhard, Edelger, Waldric camerarius, Scarpold, Henrik (de) Nedere, Elverik Niger, Godescalk, Conrad, Elveric, Godefrid, Bertold, Amulung, Odelric, Hanzo. Actum in Erclon anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo XXXVIII<sup>o</sup>, indictione XV, XIII. Kalendas Julii, anno regni domini Lotharii VIII, imperii vero IV in Domino feliciter<sup>7)</sup>.

## 40.

*\* Im Gericht zu Balhornen wird unter dem Vorsitze des Paderborner Kirchenvogts Widekind von Schwalenberg ein Gut zu Hamborn<sup>8)</sup> dem Domcapitel zu Paderborn überwiesen, und diese Schenkung vom Bischof Bernhard I. bestätigt. O. J. 1137—1140<sup>9)</sup>. — Or.<sup>10)</sup> Frst. Paderborn U. 74.*

. . . . . memoriam sui faciens in perpetuum quodda . . .

<sup>1)</sup> Zwischen Flechtdorf und Arolsen. — <sup>2)</sup> Unter dem 7. Juli desselben Jahrs bestätigte Bischof Bernhard von Paderborn diesen Tausch. Erhard R. 1574, nach dem Abdruck bei Schaten; Abschriften II. cc. α) S. 4. β) S. 142. — <sup>3)</sup> a. Reynhardi. — <sup>4)</sup> So β richtig statt pensionis von α. Die Lesart Schraders debitas pensiones ist handschriftlich nicht zu constatiren. — <sup>5)</sup> So β. — <sup>6)</sup> β. Brackell. — <sup>7)</sup> Vgl. die Urkunde Bischof Bernhard's: decima que est super omnes eiusdem ville mansos et in uno vorewerch sito in villa, que vulgari appellacione vocatur Nyteren Gambeke, addito uno mancipio et sexaginta iugeribus cum area. Huius autem curie redditus estimantur ad duo talenta et solidos quinque. — <sup>8)</sup> O. von Kirchbörchen. Nach Steinen II. 579 gehört Hamborn noch 1755 dem Paderborner Domcapitel. — <sup>9)</sup> Nur im ersteren kommt der Domdechant Reimbert vor, im letzteren stirbt Widekind von Schwalenberg. — <sup>10)</sup> Durch Brand so sehr zerstört, dass der Name des Schenkers sich nicht hat ermitteln lassen. —

. . . . . Hamburnon quod speciali dono sibi a matre sua traditum ta . . . in partem hereditatis a fratre suo Hugone receperat cum consensu ipsius Hugonis iustissimi heredis sui fratribus suis canonicis in proprium hoc ordine dedit. Venit primum in Balhornum in *advocacitium* cum herede suo Hugone, ubi presidente Widekino advoco de hereditate sua sicut dictum est conquisita potestas faciendi quod vellet cum consensu heredis sui sibi seculari iure et iudicio adiudicata et firmata est nobilibus et liberis et ministerialibus et universo populo . . . . . quorum multorum nomina in testimonium veritatis asscripta sunt. Thietmar, Ber . . . . ., Thietmar, Heriman, Bernhart, hi omnes liberi; Uffo, Cono, Adelbracht, Liudol . . . . ., Waltgoth, hi ministeriales cum aliis quam pluribus. Hoc assensu fretus decanus predictum predium ut dictum est fratribus dedit et episcopali banno . . . . verbo Domini confirmari rogavit. Quod et factum est a venerabili domino Bernhardo Patherburnensis ecclesie antistite. De hoc igitur dono decanus <sup>1)</sup> hanc coram fratribus invenit gratiam, ut curiam unam iuxta idem predium in eadem villa, sitam videlicet in Hanburnon, quam ipse a fratribus susceperat, in obedientiam cuidam amico suo Conrado . . . . . simul cum ipso dato predio in custodiam committerent, ut eis singulis . . . . . (st)atutos redditus ipse Conradus de utraque curte . . . . . fratrum panem . . . . .

## 41.

*Papst Innocenz II. nimmt das Kloster Neuenheerse auf Bitten der Äbtissin Beatrix in seinen Schutz und gewährt ihm die freie Wahl der Äbtissin so wie des Vogtes. (1139). — Or Stift Neuenheerse U. 8; auf schlechtem Pergament geschrieben und daher schon frühzeitig verdorben, jetzt zum grösseren Theile auch nur mit Hilfe der Abschrift lesbar. Abschriften a) Msc. VII. 4510 fol. 1. aus dem 15. Jahrh.; b) zwei Abschriften s. XVII. aus den Acten des Paderborner Geh. Raths stammend, U. 8<sup>a, b</sup>; c) s. XVIII. Msc. VII. 4511. f. 16. Gedruckt nach a) mit einzelnen Lücken: Schaten ad ann. 1139 cfr. Erhard R. 1605.*

Innocentius episcopus servus servorum Dei dilecte in Christo filie Beatrie abbatisse Hersensis monasterii et universis in eodem regimine regulariter successuris in perpetuum. Pie postulatio voluntatis debet effectum per sequentem compleri, quatenus devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter dilecta in Domino filia Beatrix abbatissa tuas rationabiles postulationes clementius attendentes monasterium Hersense, cui auctore Domino presides, sub apostolice sedis protectione suscepimus et presenti privilegio communivimus. Statuimus enim, ut quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in decimis et in aliis iuste et legitime possidet aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblacione fidelium seu aliis iustis modis auxiliante Domino poterit adipisci, tam tibi et sororibus, que in presenti tempore in eodem loco Domino famulantur, quam eciam posteris vestris in perpetuum confirmamus. Obeunte vero te tunc eiusdem loci abbatissa vel earum qualibet, que tibi in eodem successerint regimine, nulla inibi qualibet surreptionis astutia vel violentia preponatur, nisi quam sorores communi consensu vel pars sanioris consilii secundum omnipotentis Dei timorem elegerint. Insuper apostolica auctoritate precipimus, ut vester locus advocatum suscipere non cogatur, sed potius illum habeat, quem eiusdem loci abbatissa et sorores communi consilio providerint eligendum; qui etiam si inutilis apparuerit, eo remoto earundem omnium, sicut dictum est, dispositione alius idoneus substituatur. Decernimus ergo ut nulli archiepiscopo, nulli episcopo, nulli regum vel principum, nulli omnino ecclesiastice secularive persone liceat, eandem ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus exactionibus seu vexationibus fatigare. Sed omnia integre conserventur vestris ac pauperum usibus profutura, salva nimirum diocesani episcopi canonica reverentia. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularive persona hanc

<sup>1)</sup> Rembert nach einer jüngeren Aufschrift.



nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciore commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniunt. Amen. (Datum anno Domini M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XXXVIII<sup>o</sup>.

Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli ss. Joannis et Pauli.

Ego Grisogonus presbyter cardinalis tituli s. Praxedis.

*Der Spruchkreis enthielt nach dem ältesten Copiar folgende Worte in dem äussern Kreise: Salutaris noster adiuva nos Deus, im innern Kreise aber: Sanctus Petrus, Sanctus Paulus. Innocentius PP. II.)<sup>1)</sup>*

## 42.

\* *Erzbischof Adelbert II. von Mainz schenkt dem Kloster Helmershausen einen Zehnten. 1139 September 3. — Regest in den Auszügen aus den libri Variorum Msc. I. 242b. S. 46<sup>2)</sup>*.

Anno 1139. Athelbertus archiepiscopus Moguntinus testatur, quod rogatu Thetmari abbatis Helwardicensis (*sic!*) concesserit decimam omnium mobilium curtis Mamelgortessen et unius mansi receptis in concambio quibusdam agris, quos Conradus comes Eversten in beneficio de manu sua tenuit. Testes (prepositus) de Heligenstadt Godescalcus<sup>3)</sup>, Sifrithus comes, Lampertus vicedominus. Data III. Non. Septemb. a. d. i. MCXXXIX; ind. I, anno domini Conradi secundo<sup>4)</sup>. Actum Heligenstadt.

## 43.

*Abt Adalbero von Corvei tritt dem Abte Hartwig von Flechtdorf den Zehnten in Rotheringhusen<sup>5)</sup> gegen ein Erbe in Esbyke<sup>6)</sup> ab. 1141 Mai 7. — Abschriften α) Msc. VII. 6704. S. 5. β) Msc. VII. 6704 A. S. 7; gedr. Schrader Dynasten S. 231; nicht bei Erhard.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Adelbero<sup>7)</sup> Deo dispensante Corbeyensis ecclesie humilis minister generali fidelium tam presencium quam futurorum noticie significamus, qualiter convencio facta

<sup>1)</sup> Das Eingeclammerte geben wir aus Msc. VII. 4510, wo eine Hand s. 18. dasselbe hinzugefügt hat. Im Original steht der Spruchkreis unter den Worten iudicem praemia der letzten Linie; rechts von demselben die Unterschrift des Papstes, darunter am äussersten linken Rande die Unterschriften der beiden Cardinäle. Von diesen drei Unterschriften lässt sich wenigstens constatiren, dass sie so gelautet haben, wie die Abschrift sie wiedergibt, während dies in Bezug auf die Schriftzüge im innern Spruchkreise nicht der Fall ist. Die Umschrift im äusseren Spruchkreise ist auffallender Weise nicht überzogen, wie die letzten Zeilen, sondern anscheinend neu von einer spätern Hand hinzugefügt. Doch sind die Worte salutaris etc. wirklich die sententia Innocenz II. gewesen, vgl. Jaffé S. 558. Auf dem untersten Rande in der ganzen Breite des Pergaments stand dann ehemals das Datum. Diese Zeile hat man mit Reagentien behandelt, doch hierdurch es unmöglich gemacht, irgend eine Vermuthung wann eigentlich die Urkunde ausgestellt worden, näher zu begründen. Doch wird das neuerdings hinzugefügte Jahr 1139 wohl richtig sein. Nach den Unterschriften der beiden Cardinäle, vgl. Jaffé S. 559, muss die Bulle ausgestellt sein zwischen dem 7. Januar 1139 und dem 6. Januar 1140. — <sup>2)</sup> Wir theilen diese Urkunde deswegen mit, weil sie den Beweis erbringt, dass Graf Conrad II. von Everstein, über den von Spilcker l. c. 217 urkundliche Beweise nur bis zum Jahre 1126 ermitteln konnte, das Jahr 1139, wie von Spilcker allerdings schon vermuthete, wirklich erlebt hat. Die von ihm S. 190. Not. d. erwähnte Urkunde des Grafen Adelbert datirt von 1162, vgl. das Regest Msc. I. 242b. S. 46. — <sup>3)</sup> Cfr. Erh. C. 226. — <sup>4)</sup> Dies ist in der Handschrift verschrieben 20, was aus 2<sup>o</sup> entstanden ist. — <sup>5)</sup> Wohl Roninghausen im Fr. Waldeck, S. vom Altcorvey'schen Besitz Goddelheim. — <sup>6)</sup> Esbike ist ein Theil des jetztigen Dorfes Giershagen, vgl. U.-B. IV. Nro. 111. — <sup>7)</sup> So β; Adelberto a.

est inter nostram ecclesiam Corbeyensem et eam que sita est in Flietorp pro commutatione decime super duas areas in Rotheringhusen et unius mansi in Esbyke, videlicet, ut eadem decima a nostra dicione actenus possessa in ius ecclesie illius libere cedat, concambio a nobis simili libertate retento. Hanc autem commutationem suggerente et obnixè petente venerabili ipsius loci abbate Hartwyco, fraterne dilectionis intuitu ideo fieri annuimus, quia eam sibi oportunam et commodam vicinitate locorum prefatus abbas fore arbitrabatur et nichil nobis diminucionis vel dispendii diligenti inquisitione comprobatum est, quippe cum eiusdem quantitatis constarent et redemptio decime et redditus mansi, quinque syclos decima, quinque penderet mansus. Placuit igitur nobis, communicato consilio cum utriusque partis advocato comite scilicet Sygefrido, voluntati et petitioni eius satisfacere, et ne aliqua pro eadem causa post nostra tempora inter partes similtas oriatur, presentis testamenti paginam confirmare et sigilli nostri impressione roborare. Actum Corbeye, data nonas Maii anno incarnationis dominice millesimo centesimo quadagesimo primo indictione IIII. anno regni Conradi regis IIII<sup>o</sup> sub Bernhardo Patherburnensi episcopo. Testes sunt: Sygefridus comes de Hohenburg, advocatus utriusque<sup>1)</sup> ecclesie; liberi: Otto de Vesperthe, Fredericus de Glindfelde, Rethere de Werthere, Johan; ministeriales: Hereboldus, Ludolfus, Carl, Sasso, Weleric camerarius, Conrad, Thiederic, Reynbold, Conrad et alii plures.

## 44.

*Erzbischof Arnold von Cöln überträgt dem Kloster Flechtdorf mit Genehmigung eines Vasallen dessen Lehngut.*  
1141. Soest. — Abschr. Msc. VII. 6704. S. 6; gedr. Zeitschr. VIII. 21.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Arnoldus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus. Quoniam voce veritatis ammonemur, ut debeamus nobis amicos facere de iniquo mammona, qui nos post hanc vitam recipiant in eterna tabernacula, notum sit omnibus fidelibus Christi, qualiter ego Arnoldus divina favente clemencia episcopus ex diviciis, que nobis de largitate Dei superfluunt, cuidam cellule in vico Flietorp constructe, nostre dicioni subdite<sup>2)</sup>, ad supplementum inopie eius beneficium cuiusdam Hildebrandi de Sudwich<sup>3)</sup> ministerialis nostri, petitione ipsius ammonitus, cum mancipiis terris cultis et incultis et omnibus appendiciis et utilitatibus, que ullo modo nominari possunt, contradidi, tam pro salute nostra, quam animabus predecessorum nostrorum ac successorum, scilicet ut nostri memoria in oracionibus fratrum illic Deo servientium continua perseveret. Hanc tradicionem suggerente venerabili fratre nostro Hartwygo ipsius loci abbate banno nostro roboramus et sigilli nostri impressione consignamus, ut si quis temerarius eam aliquatenus infringere temptaverit, auctoritate beati Petri et domini Innocencii pape, nostre quoque animadversionis anathemate feriatur. Actum et confirmatum in Susacio in natali Domini, inchoante eiusdem natali<sup>4)</sup> anno millesimo centesimo XL primo, indictione IIII, archiepiscopatus nostri anno IIII. Testes: Wycbertus abbas sancti Alexandri; prepositi: Thiedericus prepositus sanctorum Apostolorum, Odelricus sancti Patrocli; canonici: Richardus, Conradus, Ludowicus, Hildeboldus, Hermannus, Hildewardus; nobiles: Sifridus comes de Hohenburg, Otto comes de Ravenesberg, Gozwynus de Heymsberg, Everhardus de Berge, Wizzel de Patberg, Rathardus, Otto de Patberg, Bernhardus de Waldege, Haholdus, Hermannus de Patberg, Sybodo, Godfridus Monzun, Henricus de Gyvore,

<sup>1)</sup> Nicht eiusdem wie Schrader hat. — <sup>2)</sup> Wie kann Erzbischof Arnold sagen, dass Flechtdorf im Frst. Waldeck seiner weltlichen Herrschaft unterworfen sei? Aber allerdings haben von Alters her Grenzstreitigkeiten zwischen den Erzbischöfen von Cöln und den Grafen von Waldeck bestanden. — <sup>3)</sup> Wo der Stammsitz dieses Geschlechts lag, konnte ich nicht ermitteln. — <sup>4)</sup> Wir haben U.-B. III. S. 950. erwiesen, dass man im Erzbisthum Cöln während des 13. Jahrhunderts das Jahr mit Ostern anfang. Die hier gegebene Urkunde beweist aber aufs Unzweifelhafteste durch die Wendung, dass der Geburtstag des Herrn sein 1141<sup>stes</sup> Geburtsjahr beginne, dass wenigstens Erzbischof Arnold im 12. Jahrhundert das Jahr mit Weihnachten anfang, so dass wir eigentlich die Urkunde dem Jahre 1140 nach heutiger Rechnung überweisen müssten. Damit würde wohl das Pontificatsjahr, aber nicht die Indiction stimmen.

Walterus advocatus, Rotholfus Blanchard, Erpo de Mullenheim; ministeriales: Almarus de Colonia, Henricus de Volmodestein, Richwinus de Colonia, Hermannus advocatus, Thiemmo, Reinbodo, Adelbertus, Constantinus, Phylippus, Conradus, Philippus, Marsilius, Hyldeger et alii multi.

## 45.

\* *Heinrich (der Löwe), Herzog von Sachsen, verpfändet zum Behuf eines von der Paderborner Kirche zu erbittenden Lehns, dieser sein Gut zu Mersche<sup>1)</sup> mit der Bedingung, dass, wenn sie in dessen Besitze gestört werden sollte, dann zwölf Getreue des Herzogs und unter ihnen Graf Otto (von Ravensberg), Adolf von Schaumburg und Hermann von Lippe ihr diese Summe zurückerstatten würden. O. J. (1146—1155)<sup>2)</sup>.*

— Abschrift s. XIII. Msc. I. 118. S. 24.

Noverit omnium fidelium tam presencium quam futurorum universitas, qualiter ego Henricus dux Saxonie pro beneficio, quod a Patherbornensi ecclesia obtinendum expecii, predium meum in Mersche pro centum quadraginta octo marcarum examinati argenti in pignore posui hac videlicet condicione, ut cum omnibus suis appendiciis, id est utriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, agris, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, aquarum et silvarum usibus et cum omni utilitate, que inde proveniret, donec predictae pecunie summa solveretur, usibus prefate ecclesie deserviret. Et si ego hac pecunia nondum soluta peracto huius vite curriculo non superessem, nemo meorum heredum in predio illo quicquam sibi vendicaret, nisi prius ecclesie summam illius pecunie ex integro restituisset. Huic accioni et provide dispensacioni cum aliis multis fidelibus hii duodecim: Otto comes, Adolf de Scowenburg, Volquin, Widekint, Hereman de Lippia, Wilbrant, Bernhart vicedominus, Liudolf, Anno, Luppolt, Hereman de Brakel, Cunrat, viri nominati et fideles, interfuerunt et qui de suo pactam pecuniam solverent, si in hoc predio aliquid violencie a quoquam pateretur, datis dextris confirmaverunt. Ut autem sollicitate et prudenter provideretur, ne quis hoc factum aliqua occasione in posterum irritum facere machinaretur, presens pagina est subscripta et sigilli nostri impressione signata. Testes huius rei sunt: Bernhardus prepositus, Almarus decanus, Thettmar, Lanfrit, Ebraht, Reinbraht cum tota ecclesia; liberi cum hiis qui supra nominati sunt: Liudolf, Givqhart, Thietmar, Gerlach; ministeriales: Cunrat, Helmwich, Hereman, Hartman, Andreas, Amelunc et alii.

## 46.

\* *Erzbischof Adalbero<sup>3)</sup> von Bremen bestätigt eine Schenkung, die sein Vorgänger Liemar dem Kloster Helmershausen in Anerkennung der Dienste gemacht, welche ihm ein Mönch desselben, Friedrich, als Schreiber erwiesen. 1147 Mai 26. — Regest in den Auszügen aus den libri Variorum Msc. I. 242b. S. 46.*

Adelbero episcopus Bremensis testatur, quod Limar archiepiscopus Bremensis<sup>4)</sup> pro remedio animae suae et cuiusdam fratris Fritherici scribendi labore ecclesie B. Petri in Helmwardeshuson tradiderit aream sitam in civitate Bremensi ipsique traditionem confirmat. Acta sunt hæc in Brema VII. Kal. Junias M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.XLVII<sup>o</sup>, indictione X, assistente abbate S. Pauli Bertoldo, priore eiusdem ecclesie Vulfhelmo, Godescalco, Alverio canonicis.

<sup>1)</sup> Ein Mersch findet sich bei Werne, Erhard R. 2022; dann ein Mersc, Mersmann K. Freckenhorst U.-B. III. 377. und ein Mersche im Kspl. Oelde l. c. 1634. Es ist schwer zu sagen, ob das hier in Betracht kommende Gut eins von diesen ist, und ob es überhaupt in Westfalen gelegen habe. Ein Mersche im Bisthum Paderborn kenne ich nicht. —

<sup>2)</sup> Nach der Regierungszeit des Dompropstes Bernhard und unter Berücksichtigung des Umstandes datirt, dass Herzog Heinrich 1155 auch das Herzogthum Baiern erhielt. — <sup>3)</sup> Gewöhnlich Adalbert genannt 1123-1148. — <sup>4)</sup> 1072-1101.

## 47.

\* *Abt Conrad von Abdinghof setzt die Rechte derjenigen Freien zu Belle<sup>1)</sup> fest, die sich als Wachszinsige seiner Kirche übergeben haben. 1148. — Hier nach der Erneuerung Alberts I.<sup>2)</sup> — Abdinghof U. 34, verglichen mit einer neuern Abschrift Frst. Paderborn U. 222; Erhard<sup>3)</sup> R. 1727.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Albertus Dei gratia abbas ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Paderborne omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in auctore salutis. Accedentes ad presentiam nostram fideles quidam cercensuales ecclesie nostre Helenburch et pueri eius Welderic, Kunigunt, Mehthilt et Johan, Alheit et pueri eius Wernher, Ludolf, Kunigunt, Arnolt et Arnolt ostenderunt privilegium sue conditionis ex vetustate nimia iam collapsum et petierunt hoc sibi a nobis misericorditer renovari. Quorum rationabili petitioni annuentes secundum formam veteris instrumenti processimus in hunc modum:

Conradus abbas. Notum sit presentibus et futuris fidelibus universis quod intuitu divine pietatis quidam liberi homines de oppido Bellethe ad altare beatorum apostolorum Petri et Pauli in Paderburnensi cenobio se in proprietatem tradiderunt, ea siquidem conditione, ut sive vir sive mulier, qui maior eorum natu fuerit, annualiter duorum nummorum gravioris monete censum ad predictum altare persolvat. Si vir obierit, si quid melius habuerit in animalibus, si vero mulier, quod optimum fuerit in vestibus eius custodi ecclesie dabitur. Pro nuptiis non dabunt aliud. Nomina eorum sunt hec: Jalike, Volburch, Liutgart, Everhart. Testes et cetera. Acta anno incarnationis Domini M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.XLVIII<sup>o</sup>, indictione (XI).

Donationem igitur et ordinationem antiquam ratam habentes et approbantes confirmamus in nomine patris et filii et spiritus sancti anatemasantes omnes, qui predictos homines vel successores in persona leserint aut in rebus. Huius renovationis testes sunt: Jordanus . . . . . camerarius, Heinricus custos, Arnoldus cellerarius; laici Albertus, Ecbertus, J . . . . . fratres et alii quam plures. . . . .

## 47 a.

\* *Littera Bernhardi episcopi Paderbornensis de duabus domibus in Bettinghusen<sup>4)</sup> (prope Lippam) donatis ab Adelberto ministeriali, quando se monachizavit apud cenobium Abdinghovense. Wino prepositus<sup>5)</sup>, Rembertus prepositus de Oriente, Almarus decanus, Bernhardus, Lentfridus, Sifridus canonici; Folquwinus advocatus. Anno MCL, indictione XIII, episcopatus sui XXII, regni Conradi secundi XIII. — So das Regest in Msc. I. 242a. S. 11. Nro. 14. in Betreff einer sonst nicht mehr erhaltenen Urkunde des Klosters Abdinghof.*

<sup>1)</sup> Im Frst. Lippe SO. von Detmold. — <sup>2)</sup> 1215—1240. — <sup>3)</sup> Der nur nach der sehr zerstörten U. Alberts ein kurzes Regest geben konnte. — <sup>4)</sup> Im R.-B. Arnsberg NO. von Soest. — <sup>5)</sup> Diese Angabe steht in unlösbarem Widerspruche mit Erhard C. 256, die den bis zum Jahre 1158, vergl. Index zu Erhard S. 12, nachweisbaren Paderborner Dompropst Bernhard schon im Jahre 1146 aufführt, während diese seinen Vorgänger Wino noch im Jahre 1150 als Dompropst kennt. Doch verdienen die Regierungszeiten der Dompropste Wino und Bernhard einmal eine gründliche Untersuchung. Wir bemerken hierbei unter Hinweisung auf U.-B. IV. 241 Note, dass die Urkunde R. 1537, die den Dompropst Bernhard schon zum Jahre 1131 aufführt, vielmehr dem Jahre 1155 angehört. Vgl. überhaupt oben Nro. 36 Not. 2.

## 48.

\* *Abt Conrad von Abdinghof stellt, unter Erneuerung einer Urkunde seines Vorgängers Hamuko<sup>1)</sup>, das Hofesrecht der Einsassen der Klostersgüter zu Radenkem<sup>2)</sup> und Pütten<sup>3)</sup> fest. 1152. — Hier zuerst nach meiner Abschrift der Copie s. XIII. in der Handschrift der Trier'schen Dombibliothek Nro. 135<sup>4)</sup>.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Conradus Dei gratia Paderbornensis cenobii abbas notum esse tam futuris quam presentibus cupio, qualiter predecessor meus Hameko abbas primum immutavit iusticiam familie illius in Radenkem et in Putten, quam pie memorie dominus Menwercus episcopus ad Paderbornensem SS. AA. Petri et Pauli tradiderat ecclesiam. Sed quoniam in instrumento, quod super hac re dictaverat, novam illorum iusticiam non satis evidenter et dilucide descripserat essetque non modica singulis annis inter nos et illos controversia, nobis exigentibus quod illi se persolvere non debere asserebant, quod tandem huiusce controversie finis fieret, paginam hanc inde conscripsimus, et quam verissime investigare poteramus, omnem in ea illorum servitii et debiti plenitudinem digessimus. Igitur per singulos annos in vigilia nativitatis S. Johannis Bapt. omnes in Putten, illi duntaxat qui ad ipsam curtem pertinent, convenire et presente nuncio nostro, vir sive mulier, singuli ad rationem nostram seu quorumlibet successorum nostrorum duos denarios de capite suo<sup>5)</sup> debent persolvere, exceptis filiis et filiabus, qui adhuc in convictu et procuratione sunt parentum suorum neque connubio neque hereditate accepta recesserunt de domibus patrum suorum, sed sunt cum parentibus vel etiam post mortem parentum cum fratribus, neque ut dictum est aliqua privata habitatione recesserunt ab ipsis. Isti dum sic sunt, neque capitalem censum dabunt, neque curmede cum obierint. Qui vero ad Radenkem pertinent, in ipso die predicti Johannis capitalem censum suum apud Radenkem persolvere debent, eadem tamen lege et eodem iure quo et illi de Putten. Item in festo s. Lamberti super antiqua debita, quecunque pro navi, pro piscibus, pro agris, sive pro quibuslibet rebus persolvere consueverant, quatuor integra talenta, pro redemptione videlicet prioris servicii addere debent. Et quicumque pleniter persolverit, sit ille innoxius, nec ei preiudicet, si non persolverit alius. Preterea triginta solidos ad servicium advocati maioris villico persolvent in festo S. Walburgis. Qui frumentum dare et panes ac cerevisiam exinde coquere (debeant)<sup>6)</sup>, qui etiam porcos dabant et ligna ad coquinam vel cameram abbatis deferebant, vel quodlibet aliud ministerium facere consueverant, similiter et deinceps faciant; anguillas<sup>7)</sup> dent eodem modo quo dabant pisces, et vestimenta fratrum more solito Paderburnon vehant. In cuiuslibet defunctione persone, pro tota illa, quam villicus exigere solebat, exuviarum quantitate, una solum species, que tamen optima in equis vel pecoribus vel in vestibus, sive in auro sive in argento videatur, nostro nostrorumque successorum iuri prompta ac fideli devocione nec dimidia sed omnino integra reddatur. Si agri reliqui<sup>8)</sup> fuerint, villicus pro integra hoba non plus quam 5 solidos accipiat, hoc est in obitu patris 30 et in obitu matris alios triginta denarios et iuxta hoc precium fiat etiam aliorum redemptio agrorum. Nec dividi debent agri inter plures heredes, sed primogenitus integre possideat, qui et universum debitum inde persolvat. In copula coniugiorum, si infra familiam fit, quatuor inde solidi persolvantur villico, si vero in aliena, fiat cum eo qualis apud ipsum inveniri poterit conventio. Quod si vir aut mulier ex

<sup>1)</sup> 1114—1142. — <sup>2)</sup> Jetzt Renkem bei Wageningen W. von Arnhem. Pütten liegt im Zütphenschen. — <sup>3)</sup> Die Urkunde selbst erwähnt, dass beide vorbenannte Güter dem Kloster bei seiner Stiftung von Bischof Meinwerk geschenkt wurden. Heinrich III. bestätigte Radenkem dem Kloster durch Urkunde vom 23. März 1053 (Stumpf Nro. 2420 richtiger zu 1052), welche Sloet nach einer von Ernst Friedländer und mir mitgetheilten Abschrift im Oorkondenboek der gr. Gelre en Zutfen Nro. 168. bekannt gemacht hat. — <sup>4)</sup> Diese für die Rechts- und Sitten-Geschichte wichtige bisher unbekannte Urkunde dürfte wohl das älteste niederdeutsche Hofesrecht enthalten. — <sup>5)</sup> Das Gesperrte ist von etwas späterer Hand darüber geschrieben. — <sup>6)</sup> Von mir ergänzt. — <sup>7)</sup> Es scheint für das Wohlleben der Abdinghofer Mönche bemerkenswerth zu sein, dass Aale von nun an statt Fischen überhaupt geliefert werden mussten. — <sup>8)</sup> Heisst das, wenn der Verstorbene Äcker hinterlassen hatte? Reliqui würde dann dem Deutschen übrig entsprechen.

libera conditione venientes coniugio se nostris hominibus sociare et in proprietatem ecclesie nostre transire voluerint, suscipi debent a villico nostro nec repellendi sunt aliqua exactione <sup>1)</sup>. Si domus villicationis flamma aut preda dissipata fuerit, hoc modo reedificanda erit. Villicus noster debet sibi providere ligna et tota familia cum suis propriis sumptibus debent ea incidere et propriis vehiculis ad curtem afferre et tunc villicus conducat sibi carpentarios qui ipsum edificium magistrent, familia autem studiose collaboret. Qui sciunt incidere, incidant, alii levent et apportent et tam diu propriis sumptibus ibi operentur, usque dum universa lignorum strues super columnas plenariter elevetur, et tunc abundi licentiam habeant. Villicus vero quod reliquum est operis, suo sumptu et proprio labore perficiat. Anno ab Inc. D. M<sup>o</sup>.CL<sup>o</sup> secundo, ind. XV., actum est istud regnante Romanorum rege Frederico regni eius anno primo.

## 49.

*Bischof Bernhard I. von Paderborn überträgt dem Abte Uffo von Flechtdorf einen von ihm lehnrübrigen Zehnten, den Letzterer von dem Paderborn'schen Vasallen, dem Grafen Otto von Ravensberg, und dessen Unterlehnsleuten erstanden hatte. 1158 Juli 6. — Abschr. Msc. VII. 6704. S. 7; gedr. Zeitschr. VIII. S. 56. Erhard R. 1859.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernhardus Dei gracia Patherburnensis ecclesie humilis minister. Juste et rationabiliter sancitum est, ut privilegia, que contra ius non sunt elicita, in tanta auctoritate debeant custodiri, ut contra ea presumptuosus quilibet nichil efficaciter possit machinari. In hiis enim series rerum gestarum memorie posterorum commendatur et omnis malignandi facultas sollerti providencia amputatur. Notum igitur esse volumus universe posteritati fidelium, quod cum a nobis quidam homo nobilis, comes Otto de Ravensberg, et ab eo homo nobilis Folquinus <sup>2)</sup> ecclesie nostre advocatus et item ab ipso quidam Wernherus de Berentorp cum liberis suis decimam quandam in villa, que dicitur Hulikesheym <sup>3)</sup>, iure beneficii possiderent, Fletorpensis abbas Ufo nomine in omnibus ecclesie sue studiose prospiciens circa omnes predictos, quorum iuris eadem decima fuerat, tantum elaboravit, ut ad certe pactionis debitum eandem decimam ecclesie sue unanimi assensu dimitterent et ad consencium in idipsum benevolenciam nostram communiter efflagitaret etc. *Der Bischof bestätigt diesen Vertrag und bestimmt dann, dass vom Kloster dem Vasallen, welchem eadem decima ex legitima successione in beneficium contigerit, annuatim . . in festo B. Jacobi pro omni decimatione — tres solidi levioris monete, zu zahlen seien. Zeugen: Bernhardus prepositus, Almarus decanus, Reinbertus prepositus, Thietmarus, Euer-gisus, Sifridus et alii de clero nostro plures. Layci: Otto de Ravensberg, Volquinus de Swalenberg, Ludoldus, Henricus, Manegoldus, Bertoldus, Conradus, Rotolfus, Eyzo et alii quamplures ministeriales nostri. Acta sunt hec a. ab i. 1158, ind. VI. regnante Friderico imperatore.*

## 49 a.

*Von der von Erhard R. 1861. C. 314. nach einem Copiar abgedruckten Urkunde des Paderborner Bischofs Bernhard I. von 1158 hat das Staats-Archiv zu Münster später aus dem Gehrken'schen Nachlasse das schön geschriebene und wohl erhaltene Original, Gerden U. 5, erworben. Die Abweichungen sind unbedeutend <sup>4)</sup>, das rechts unten aufgedruckte Siegel ist abgefallen.*

<sup>1)</sup> Hieraus ergibt sich, dass im XII. Jahrhundert ein Zudrang der Freien zu dem Stande der Hörigen stattfand. — <sup>2)</sup> von Schwalenberg. — <sup>3)</sup> So, nicht Hubikesheym wie in der Zeitschrift steht. Der Ort wird identisch mit Hulikissen sein, nach Seibertz U.-B. III. 599. ein Ort bei Corbach, wo ich einen solchen auf den Karten nicht finde. Ein Besitz des Grafen von Ravensberg in dieser Gegend ist aber auffallend. Vgl. Nro. 61. — <sup>4)</sup> necessitati providere — Sidessen — Hemmedissen — forewerc — Uphosen — Rotlovessen, Brakwide — eadem decimas — Hamphenosen — dextera plantate — condempnetur. — Testes vero huius rei hii: Balduinus — hii noch zweimal — Everscutte.

## 50.

\* Zu der Abschrift der Bulle Hadrian's IV. vom 15. Juli 1155 über Incorporation des Klosters Werbe<sup>1)</sup>, Erhard R. 1830. C. 305, im authentischen Copiar des Klosters Corvey Msc. I. 134. S. 200, fügt eine Hand aus dem Ende des 15. Jahrhunderts am Rande die Bemerkung hinzu: Victor episcopus servus servorum Dei dilecto filio Conrado abbati Corbeiensi sub eisdem verbis ut Adrianus. Concluditur sic: Datum Cremona II. Kalendas Julii. — Der Schreiber war in seiner Unkenntniss der Kirchengeschichte sich wohl nicht bewusst, dass dieser von ihm erwähnte Papst der Schismatiker Victor IV. (Octavian) war, den die kaiserliche Partei Alexander III. 1159 als Gegenpapst entgegengestellt hatte. Dass Corvey, gleichwie Paderborn vgl. U.-B. IV. Nro. 290 I. S. 192, den ersteren als rechtmässigen Papst anerkannt hat, ergibt schon der prachtvolle Codex Wibaldi, Msc. I. 133. fol. 7, wo von verschiedenen Händen des 12. Jahrhunderts die Todesfälle vieler zu Corvey in näherer Beziehung stehenden Männer vermerkt sind. Diese Aufzeichnung beginnt mit dominus Arnoldus Mogontiensis archiepiscopus frater noster († 1160); auf Heremannus Ferdensis episcopus († 1167) folgt dann dominus Victor papa († 1164 April 20). Die Thatsache, dass Corvey damals auf Seiten des kaiserlichen Papstes stand, war auch schon früher durch die von Martene und Durand herausgegebene weitere Bulle Victors IV. in Betreff Werbe's von 1162 September 11. bekannt geworden, die wir unten geben werden. Um so bezeichnender für die historische Unwissenheit, die auch im Anfange des 18. Jahrhunderts in Corvey herrschte, ist es, dass das damals verfasste Chron. Corb. — allerdings unter Berufung auf die von Paullini erfundenen Annales Corbeiens. — schreiben konnte, Msc. I. 245. S. 213: Inter gravissimas ecclesiae Romanae persecutiones tranquilla apud nos fuerunt tempora concordiae et religionis plena.

Für die hier vorliegende Urkunde vom 30. Juni erweisen die Jafféschen Regesten, dass sie dem Jahre 1162 angehört, in welchem Victor IV. vom 15. Januar bis zum 4. Juli zu Cremona verweilte. Jaffé 9391—9398.

## 51.

Der Gegenpapst Victor IV. beauftragt den neuerwählten Erzbischof (Conrad)<sup>2)</sup> von Mainz, das Kloster Corvey und den Abt Conrad in dem Besitze des Klosters Werbe gegen die Anfeindungen des Grafen Bobbo, der Werbenschers Kirchenvogt zu sein behauptete, nöthigenfalls mit geistlichen Censuren zu schützen. (1162)<sup>3)</sup> September 11. Besançon. — Gleichzeitige Abschrift in Msc. I. 132. S. 60; Martene A. C. I. 865<sup>4)</sup>; gedr. Wigand III. 2. S. 4<sup>5)</sup>.

Victor episcopus servus servorum Dei dilecto in Christo filio C(hristiano) Moguntino electo salutem et apostolicam benedictionem. Predecessorum nostrorum vestigia imitati abbatiam de Werve ad ius et proprietatem beati Petri specialiter pertinentem dilecto filio C(onrado) Corbeiensi abbati regendam custodiendamque commisimus, sperantes quod eius providentia auctore Domino accipiat incrementum. Verum quia comes Bobbo<sup>6)</sup>, qui eius abbatie se asserit advocatum<sup>7)</sup>, cenobium Wervense et prefatum abbatem

<sup>1)</sup> Im Frst. Waldeck S. O. von Corbach, vgl. die folgende Urkunde vom 11. September 1162. — <sup>2)</sup> Vgl. Prutz K. Friedrich I. Thl. I. S. 343. Jaffé hatte dies fälschlich auf Christian bezogen. — <sup>3)</sup> Von Jaffé 9402 aus dem Itinerar festgestellt, während Erhard R. 1867 diese Bulle überhaupt nur zwischen 1159 und 1164 setzt. — <sup>4)</sup> Tourtual, Böhmens Antheil II. 320 not. 553 b. macht darauf aufmerksam, dass A. Col. II. 620. dies Schreiben fälschlich Papst Hadrian IV. beigelegt werde, was auch Erhard R. 1831 irreführt hat. Diese Regestenummer muss also gestrichen werden. —

<sup>5)</sup> Wigand ist aber von seinem Gedächtnisse getäuscht worden, wenn er angiebt, dass sowohl diese Bulle als auch die von Erhard C. 515 und 516 gedruckten Urkunden sich auf einem dem Codex Wibaldi Ms. I. 133. vorgehefteten Blatte abgeschrieben fänden. Dies ist nicht der Fall. Diese Abschriften finden sich vielmehr nur in dem liber minor evangeliorum, Msc. I. 132. — <sup>6)</sup> Wohl ein Sohn jenes Grafen Temmo, unter dem es gestiftet worden. Vgl. die Urkunde Papst Honorius III. vom 11. April (1126) bei Varnhagen II. S. 2, die Jaffé entgangen zu sein scheint. — <sup>7)</sup> Die angeführte Bulle Honorius III. hatte dem Kloster ausdrücklich die Freiheit der Wahl seiner Vögte zugesichert.

variis inquietationibus perturbare minatur, discretioni tuę mandamus atque precipimus, ut eum districte commoneas, quatenus ab abbatis et cenobii infestatione quiescat. Quod si tuis parere commonitionibus contumaciter et superbe contempserit, canonica eum censura coercere procures. Data Bisuntie III<sup>o</sup> Idus Septembris.

## 52.

\* *Der Gegenpapst Victor IV. verleiht dem Abte des Klosters Corvey, Conrad, unter wörtlicher Bestätigung des Privilegs seines Vorgängers Adrian IV. 1) verschiedene neue Rechte, insbesondere den Gebrauch der bishöflichen Abzeichen, der Mithra und des Ringes, bestätigt ihm auf's Neue den Besitz der Zehnten im Bisthum Osnabrück und belegt diejenigen Äbte von Corvey, welche die von Conrad erbaute Wildburg als Lehen austhun würden, mit der Excommunication. O. J. wohl 1162 2). — Hier nach den Auszügen in Paullini's Neue und vollst. Beschreibung von Corvey, Msc. I. 250. Cap. XXV 3).*

Victor episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Conrado Corbeiensi abbati eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Et iustitie ratio exigit et apostolice sedis benignitas ac mansuetudo deposcit, ut personis et locis beato Petro specialius adherentibus, in sancte Romane ecclesie fidelitate atque obedientia devotius permanentibus tuitionis nostre manum abundantius extendamus atque eis sua iura et collatas dignitates benignitate debita conservemus. Ea propter dilecte in Christo fili Conrade Corbeiensis abbas devotionem, quam erga sedem apostolicam geris, diligentius attendentes dignitatem predecessoribus tuis per nostrorum predecessorum Romanorum pontificum privilegia traditam, nos quoque prestante Domino inconvulsam volumus conservari. Quocirca presentis [decreti auctoritate concedimus, te in precipuis sollempnitatibus sandaliis et dalmatica uti, iuxta altare sedere, populum infra commissum monasterium vel cellas que attinent ad anime tue salutem docere, sicut predecessoribus tuis a nostris predecessoribus Romanis pontificibus est concessum]. Preterea usum mitre et annuli in eisdem sollempnitatibus tibi tuisque successoribus apostolica benignitate concedimus. Ipsum preterea Corbeiese monasterium, [cui Deo auctore preesse dinosceris sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis procurante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Decimam videlicet de curia Lutthardessen, decimam de curia Beveringen, decimam de curia Dasburg, decimam de curia Mulenhusen, decimam de curia Buthelesthorp, decimam de curia Munden, decimam de curia Bodrike, decimam de curia Munichusen, decimam de curia Belderinchusen, decimam de curia Vulvelage, decimam de curia Homburstelde, decimam de curia Nienstede, decimam de curia Volkmaressen, decimam de curia Luithmaressen, decimam de curia Luitheressen, decimam de curia Ercelen, decimam de curia Brumelinktorp, decimam de curia Leziaci, decimam de curia Castinaci, decimam de curia Hottepe, decimam de Nuthlon, decimam de Keflike, decimam de Nen, decimam de curia Croppenstide, decimam de curia Hemmenthorp, decimam de curia Holthusen, decimam de curiis Gruninge, in Fresia quandam possessionem que vocatur Merthen et in eodem loco ecclesiam de Linguerd 4)] decimas in Osnaburgensi episcopatu. Concedimus etiam ut omnia queque fratribus Cor-

1) Vom 25. Februar 1154 (1155) Erhard R. 1822. C. 301. — 2) Wo Victor IV. die zwei vorangehenden Privilegien dem Abte Conrad ertheilte. Am 13. Juli desselben Jahrs gestattete er auch dem Abte von Hersfeld den usum infule, dalmaticæ, sandaliorum et annuli. Jaffé 9397. — 3) Das Eingeklammerte von Paullini ausgelassen, weil es mit der Bulle Hadrian's IV. übereinstimmte, haben wir nach deren Abdruck bei Erhard ergänzt. — 4) Paullini bemerkt, dass die Worte der Bulle Hadrian's IV.: insulam Rugianam et piscationem Hocwar hier in der Bulle Victor's IV. ausgelassen und durch die Bestätigung der dort nicht erwähnten Osnabrück'schen Zehnten ersetzt worden seien.



beiensibus in tui memoriam vel iam constituisti vel imposterum es constiturus, vel alii ante te constituerunt vel post te constituri sunt, nullus immutare aut eferre præsumat sine communi fratrum consensu. Statuimus etiam ut quicumque abbas castrum Wilborg <sup>1)</sup>, quod tu ad defensionem Corbeiensis ecclesie munivisse videris, in beneficium alicui concesserit, anathematis vinculo donec resipuerit teneatur. Sancimus quoque etc. etc. „Gleichen Inhalts in allen wie in der Bulle Adriani IV.“ setzt Paullini hinzu <sup>2)</sup>.

## 53.

*Die Äbtissin Liutgard von Herford überträgt einer freien Frau, die sich als Wachszinsige ihrer Kirche übergeben, ein Gut. 1163. — Hier nach zwei Transsumpten aus den Jahren 1339 und 1356. Frst. Herford U. 26; nach Ersterem gedr. von Mooyer Zeitschr. IX. 303; von Erhard übersehen.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Liugard Dei gratia Hervordensis ecclesie abbatissa. Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod mulier quedam nomine Lefgart, cum esset libera, pro spe divine retributionis in proprietatem sancte Pusinne in Hervorde ceracensium <sup>3)</sup> iure se contradidit, tali conditione, ut ipsa quam diu viveret, deinde quicumque in posteritate senior foret, fundum cere vel duos nummos sancte Pusinne annuatim persolveret, moriens vero melius vestimentum ad altare deferret, reliquum heredibus pertineret, femina quoque nubilis unum aureum nummum vel octo argenteos pro beddemundo persolvat. Quia igitur sic confluentibus ad ecclesias decens et honestum est, ut benigne recipiantur et promoveantur, rationi consentaneum esse duximus, ut predictae mulieri ad nos confluenti aliquod ammiculum karitatis impenderetur. Commisimus itaque ei domum quandam Merle in silvis in pascuis et cum omni decima et sine iniusta exactione alicuius perturbari excolendam in Synado <sup>4)</sup> sitam, ut ipsa et eius cognatio eundem censum persolvant et domo predicta nunquam careant. Ut itaque hec traditio rata permaneat, sigillo ecclesie nostre confirmavimus et testes, qui hec viderunt, audiverunt et consenserunt, adnotavimus: comes Borchardus de Lukke <sup>5)</sup>, advocatus, dominus Eppo subadvocatus; clerici: Thiderec, Hathewin; laici vero: Liutbracht de Ereolo, Umko dapifer, Rabodo camerarius, Hermann, Everhart, Arnolt de Urthe, Arnolt de Libere et alii quamplures. Acta sunt hec anno incarnationis M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LXIII<sup>o</sup>, indictione XIII <sup>6)</sup>.

<sup>1)</sup> Wildberg zwischen Wehrden und Amelunxen. Vgl. Wigand G. v. Corvey II. S. 72 und Corveyscher Güterbesitz S. 24. Nur irrt Wigand, wenn er die Thatsache der Erbauung der Burg nach dem von Paullini erfundenen Chronic. Huxariense und den Annales Corbeienses, Syntagma S. 47. und 397 in das Jahr 1176 setzt. Der Gegenpapst Victor IV., der diese Bestimmung über die Wildburg hier erliess, war ja schon 1164 gestorben. Die Notiz, die Wigand Güterbesitz I. c. über diese Burg beibringt, findet sich im Codex Wibaldi Msc. I. 133 fol. 381 von einer Hand sæc. XIV. ineunt. eingetragen und bildet den Schluss dieser prächtigen Handschrift. — <sup>2)</sup> Aus den von Erhard R. 2143 entwickelten Gründen müssen auch wir davon absehen, den Abdruck der Bulle Lucius III. vom 29. October 1184 bei Falke SS. 741 und 773 aus den von Kindlinger Msc. II. 70 S. 220 u. 102 S. 133 gegebenen Varianten zu verbessern, resp. zu vervollständigen. Auf eins haben wir hier aufmerksam zu machen. So sehr der Kindlingersche Text von dem Falkeschen auch abweicht, so viel steht doch fest, dass alle die Ehrenvorrechte, die Abt Conrad von Corvey von dem schismatischen Papste Victor IV. erhalten hatte, ihm auch später von dem canonischen Papste Lucius III. bewilligt worden sind; obwohl dieser doch nicht gewillt sein konnte, Victor zu seinen predecessores Romani pontifices zu rechnen, die gleich ihm die Corveyer Privilegien bestätigt hätten. — <sup>3)</sup> Im Originale hat wohl cerocensualium gestanden. — <sup>4)</sup> Die Senne, doch ist dort heute ein Ort Merle nicht zu finden. Vielleicht ist aber an Merlsheim, 2—3 Meilen O. v. Lippespringe zu denken; dann müsste aber die Senne, über die Mooyer die historischen Angaben I. c. S. 258 fleissig zusammengestellt hat, eine grössere Ausdehnung wie jetzt gehabt haben. — <sup>5)</sup> Mooyer S. 261 Not. 146 hat erwiesen, dass dies der Graf Burchard I. von Hallermund ist, der von seiner Mutter, einer Tochter des Grafen Burchard von Loccum, auch diesen Namen führte. Aber seine Hervorder Vogtei, die hier um so mehr in Betracht kommen muss, als auch sein Untervogt erwähnt wird, ist mir doch höchst räthselhaft. — <sup>6)</sup> Statt XI.

## 54.

Bei einem von dem Reiche in dem Streite Nicolaus von Chièvres, Bischofs von Cambrai, mit der Wittwe seines Bruders gefundenen Urtheile waren unter den principes und barones die Grafen Dietrich von Cleve und Otto von Ravensberg assessores, die Bischöfe Friedrich von Münster, Philipp von Osnabrück, Warner von Minden und Evergis von Paderborn aber assessores. Cöln 1165 October. — Böhmer Acta imperii Nro. 122.

## 54a.

Erzbischof Reinald von Cöln verkauft dem Ritter Helmwic von Holthusen den Wald Bröhl bei Borgeln<sup>1)</sup>. 1166. — Hier gedruckt nach dem Orig. der zweiten Ausfertigung<sup>2)</sup> Stift Welwer U. 1a<sup>3)</sup>; nach der ersten, St. Welwer U. 1., bei Seibertz I. 57.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Reinaldus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus universis suis successoribus et eiusdem ecclesie fidelibus in perpetuum<sup>4)</sup>. Ecclesiasticę utilitatis sollicitudo nos ammonet, et pastoralis officii cura constringit, bona ecclesie sine fructu iacentia, adhibito sapientum consilio, in usus ecclesiasticos competenter redigere, et his, qui pro commutatione aliqua bona sua ecclesie conferunt, ne aliquid in posterum a successoribus nostris gravamen super hoc sustineant, salubri consilio et necessario pontificalis auctoritatis patrocinio providere. Proinde universis sacrosanctę matris ecclesie filiis tam futuris quam presentibus notificamus, quod predium quoddam monachorum de Ura in Gladebach situm, nobilium quorundam circumsedentium iniuriosa violentia destructum et tanquam ad nichilum redactum comparavimus et in usus canonicorum beati Petri ordinavimus. Verum cum argentum pro predicto predio persolvendum ad manus non haberemus, utpote qui multa in labore ecclesie contra palatinum Cunradum expendimus, ex deliberatione et consilio priorum Coloniensium inbeneficiatorum et ministerialium nostrorum, ex consilio quoque totius familie Sosatiensis lucum quendam, quem vulgo Broil vocant, iuxta Borgelon situm, nulli prius usui servientem, dilecto nostro Helmwico militi de Holthusen pro viginti octo marcis vendidimus et ipsum argentum in reddendo supradicti predii debito locavimus sicque in utroque facto in emendo et vendendo utilitati et ecclesie honori consulte prospeximus. Factum est enim hoc ea mediante conditione, ut videlicet (predictus) Helmwicus miles vel legitimi heredes sui sex tantum solidos pro censu fundi et decem et octo denarios pro decima annuatim persolvant et preter hec nichil omnino nobis aut successoribus nostris servicii aut iuris de hoc feodo aliquomodo exhibeant. Ut autem hec nostre constitutionis pagina prudentum testimonio et consilio rationabiliter ordinata, stabilis et inviolata tam ipsi quam uxori sue ac heredibus suis in perpetuum per seriem successionis Coloniensium antistitum permaneat, sigilli nostri impressione eam roboramus et pontificatus nostri patrocinio stabiliter communimus. Et ne aliquis eam successorum nostrorum infringat vel immutet, sub vinculo anathematis auctoritate beati Petri apostoli et nostra districte interdicens. Pax Christi. Amen. Testes: Herimannus maioris ecclesie Coloniensis prepositus, Philippus eiusdem ecclesie decanus, Sifridus Xantensis ecclesie prepositus, Gerardus Bunnensis prepositus, Symon sancte Gereonis prepositus, Cunradus sancti Severini prepositus, Arnoldus sancti Andree prepositus, Hugo sanctę Marię ad gradus prepositus, Bruno sancti Georgii prepositus, Hugo sancti Gereonis decanus, Walterus sancti Severini decanus, Siffridus sancti Cuniberti decanus, Engilbertus sancti Andree decanus, Thidericus sanctorum apostolorum deca-

<sup>1)</sup> Unweit des Klosters Welwer bei Soest. — <sup>2)</sup> Der Wiederabdruck war nothwendig wegen der von der ersten Ausfertigung verschiedenen Zeugen und der Angabe am Schlusse in Betreff der Metropolitan-Synode. Die hier neu auftretenden Zeugen sind, so wie die Abweichungen, im Drucke hervorgehoben. — <sup>3)</sup> Neuerdings dem Staats-Archive wieder zugekommen. — <sup>4)</sup> Bis hierher verlängerte Schrift.

nus, Gerardus sanctę Marię ad gradus decanus, Herimannus sancti Georgii decanus; Herimannus comes de Saffenberg, Heinricus dux de Limburg, Albertus comes de Molbac, Gozwinus de Heimisberg, Everardus comes de Altana, Engilbertus comes de Monte, Ludolfus de Dassela, Rabodo et Cunradus de Rūdenberg; ministeriales: Gerardus advocatus, Heinricus de Volmudesteine, Heinricus de Alphein, Herimannus camerarius, Herimannus de Alvetra, Herimannus Coloniensis, Albreth de Sosaz, Thimo, Hildeger villicus de Sosaiz, Reinbodo, Godescalc de Paderberg, Marsilius de Sosaz, Brunstein, Thidericus de Dinkere, Reinbodo de Nutenen, Winant, Hertwich, Ludolfus de Giseke, Edelricus de Sosaz. Acta sunt hæc anno dominicę incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LXVI<sup>o</sup>, indictione XIII, imperante domino Friderico Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XIII, imperii XI. Et anno pontificatus nostri I<sup>o</sup>), in prima synodo, presente Alexandro Leodicensi episcopo, Godefrido Traiectensi episcopo, Friderico Monasteriensi episcopo, Philippo Osenburgensi episcopo, Wenero Mindensi episcopo. In nomine Domini feliciter. Amen.

Das rechts aufgedruckte Siegel ist bis auf den oberen Theil ziemlich gut erhalten. Von der Umschrift lässt sich noch erkennen . . . . ALDUS DEI . . . . ENSIUM AR . . . .

## 55.

Kaiser Friedrich I. zeigt Gerhard Vogt von Cöln, Heinrich von Alphein und Heinrich von Volmstein (Polmodestein) den Tod des Erzbischofs Reinald von Cöln (14. August 1167) an, und fordert sie auf, dahin zu wirken, dass sein Kanzler Philipp (von Heinsberg) zu dessen Nachfolger erwählt werde, der im ganzen Reiche mehr als wie jeder andere dazu befähigt sei. O. J. (1167 zweite Hälfte des August). — Gedruckt Böhmer Acta imperii Nro. 126.

## 56.

\* Bischof Evergis von Paderborn überträgt dem Kloster Helmershausen auf Bitten des Abts Conrad und des Herzogs Heinrich des Löwen mehrere Zehnten. 1168 März 3. — Regest in den Auszügen aus den libri variorum Msc. I. 242b. S. 46.

Anno MCLXVIII ind. II. V. Non. Mart. anno imperii Fritherici 16. Evergisus Paderbrunnensis episcopus rogatu Conradi Helmwardensis abbatis ecclesię B. Marię et S. Petri in H. contulit decimas in Gadevessen, Hesbike et de novali iuxta villam Vileressen<sup>2)</sup> et de villa rogatu domini ducis Heinrici. Huius autem traditionis testes sunt hi: canonici maioris ecclesię Alcmar<sup>3)</sup> decanus, Uffo, Munegoldus, Altmannus, Bernhardus, Becelinus, Volbertus, Reinherus; ministeriales Conradus, item Conradus.

<sup>1)</sup> Reinald war nämlich erst am 2. October 1165 zum Bischof geweiht worden. — <sup>2)</sup> Über die Lage der hier genannten drei Ortschaften kann ich nichts weiter sagen, als dass Hesbike bei Wenck II. B. S. 224. als eine Pertinenz des unten zur Urkunde von 1227 Nro. 95 erwähnten SO. von Helmershausen belegenen Schlosses Gieselwerder in einer Urkunde vom Jahre 1288 aufgeführt wird. — <sup>3)</sup> Diese Form findet sich in Betreff der hier in Betracht kommenden Persönlichkeit nur einmal gebraucht, Erhard R. 1874, sonst überall Altmar wie R. 1537 oder Almar. Vgl. Index S. 4. Die sprachlich richtige Form wird Altmar sein, vgl. Förstemann P. N. S. 51.

## 57.

\* *Bischof Friedrich von Münster überweist dem Kloster Kappenberg den Zehnten zu Lenklar* <sup>1)</sup> *nach dem Tode des bisher damit belehnten Vasallen. 1168* <sup>2)</sup>. — *Hier nach dem Regest in Kappenbergischen Gerichtsacten Msc. II. 12. S. 125* <sup>3)</sup>.

In nomine sanctę et individue Trinitatis. Fridericus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, qualiter tres solidos decime, quas ministerialis noster Rothardus de Lenclar in feodo habebat, fratribus Capenbergensibus post mortem suam et uxoris eius concessimus, ex quibus solidis duo solvuntur de domo Marwardi in Lenclar iuxta Ubbesboem, tertius de quadam domo predictorum fratrum. Ut autem hec donatio omni tempore rata permaneat etc. Testes fuerunt Engelbertus prepositus <sup>4)</sup> et vicedominus, Godefridus maior et Godefridus minor <sup>5)</sup>, canonici memorate ecclesie, Otto comes de Ravensberch et frater eius <sup>6)</sup>, Bernhardus de Hurstmar et filius eius Wicholdus, Bernardus et Henricus de Dulmena, Bruno dapifer. Actum est anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LXVIII<sup>o</sup>, indictione prima, regnante Romanorum imperatore gloriosissimo Friderico.

## 58.

*Ein Edler Vogelo hatte, trotz einer entgegenstehenden Entscheidung des Kaisers und der Reichsversammlung, seine Ansprüche auf Weinberge an der Weser gegen die Mindener Kirche aufrechterhalten und musste unter Vermittlung des Erzbischofs Reinald von Cöln vom Bischof Werner mit Geld entschädigt werden. Nach Vogelo's Tode erneuern dessen Brüder diese Ansprüche und werden vom Bischof Anno auf Rath des Erzbischofs Philipp auch ihrerseits mit einer Geldsumme abgefunden. 1172. Cöln — Hier nach der Abschr. Msc. II. 189. S. 16; gedruckt Würdtwein Subs. dipl. VI. S. 347* <sup>7)</sup>.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Philippus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus omnibus Christi fidelibus pacem et veritatem amantibus. Ex iniuncto nobis a Deo presulatus officio debitores sumus, si quid in vinea Domini nobis credita utiliter plantatum fuit, nostri assensus benedictione rigare, ut et actus nostri sub debita habeantur memoria et honeste sollicitudinis posteris relinquamus exempla. Proinde que in diebus sacerdotii nostri ecclesie beati Petri in Minda iustis modis confirmata sunt, plena soliditate stabilire volentes, presenti pagina Deo iuvante in perpetuum valitura notum facimus omnibus Christi fidelibus, qualiter inter dominum Annonem venerabilem Mindensis ecclesie episcopum et Herimannum et Philippum fratres Vogelonis de reparanda pace in presentia nostri et Coloniensis ecclesie convenit. Vogelo igitur iam dictorum Herimanni et Philippi frater in diebus domini Weneri <sup>8)</sup> Mindensis ecclesie episcopi possessiones quasdam curtis et vinearum in Retersdorp <sup>9)</sup>, quas Mindensis ecclesia iuste proprietatis titulo multis annis possederat, nomine pensionis aliquamdiu tenuit et annuam pensionem, quam iam dicte ecclesie annuatim solvere tenebatur, statutis temporibus minime assignavit. Cum ergo supra iam dicta iniuria dictus

<sup>1)</sup> Kirchspiel Werne. — <sup>2)</sup> Vor dem 29. December, wo Bischof Friedrich starb. — <sup>3)</sup> Dieses bisher unbekannte Document wird in der Bestätigungsurkunde Bischof Hermanns vom Jahre 1175 Erh. C. 375. erwähnt. — <sup>4)</sup> von St. Mauritz bei Münster, der in den Jahren 1142—1171 urkundlich erscheint, wobei ich bemerke, dass unsere Urkunde zuerst seine Identität mit dem Vicedominus des Doms nachweist, während der Index S. 28. daraus zwei Personen gemacht hatte. — <sup>5)</sup> Der ältere und der jüngere. — <sup>6)</sup> Heinrich, der in Urkunden aus den Jahren 1158—1175 genannt wird. — <sup>7)</sup> Von Erhard übersehen. — <sup>8)</sup> 1153—1170. — <sup>9)</sup> Um so unzweifelhafter für identisch mit den von Conrad II. im Jahre 1029 der Mindener Kirche geschenkten Gütern zu Rotherisdorfa, Raddesdorf am linken Weserufer SW. von Stolzenau, Erhard R. 959, zu erachten, als eine weitere Urkunde Conrad's II. für das Martinistift in Minden vom Jahre 1033, Erhard R. 987. C. 125, der vini decimatio in Rotherisdorfa gedenkt. Diese Stellen sind bemerkenswerth als Belege dafür, dass im 11. und 12. Jahrhundert an der Weser noch Weinbau getrieben wurde.

episcopus Wernerus apud imperatoriam maiestatem in conspectu principum multiplicatas querimonias deposuisset, ex concordi principum electione in predictum Vogelone[m] et pro Mindensi ecclesia in sententia iudicatum est, ut prenominata possessiones curtis et vinearum in potestate domini Mindensis adeo devolventur, ut tota curtis ordinatio cum vineis et ceteris eidem curti adiunctis ad ipsum libere pertineret. Vogelo igitur iam dicte curtis possessionem hereditario iure ad se devolutam asserens, omnem curtis administrationem violenter sibi adhuc vindicabat. De amicabile igitur compositione dictante domino Reinaldo<sup>1)</sup> Coloniensi archiepiscopo dominus Wernerus Mindensis episcopus predicto Vogeloni L. marearum pecuniam numeravit, ut omni administrationis officio, quod in predicta curte se habere contendit, in perpetuo renuntiaret, quod et factum est. Sed adhuc Herimannus et Philippus Vogelonis fratres aliquam partem predictorum bonorum proprietatis nomine sibi vindicarunt et Mindensem ecclesiam importabili lesione prede et incendiorum et homicidii et captivitatibus in predictis bonis persecuti sunt. Nos ergo, quia Mindensem ecclesiam<sup>2)</sup>, sicut et omnes nobis commissas paterno affectu amplectimur, consentiente utraque parte probavimus, ut pro removendo diutino impedimento dominus Anno Mindensis episcopus predictis fratribus Herimanno et Philippo in legitimum reparande pacis testimonium XXV marcarum pecuniam assignaret, et idem fratres omni actioni, quam in predictas possessiones intendere poterant, irrepitibiliter renuntiarent. Quod et factum est, episcopo eis pecuniam numerante et ipsis publice exfestucantibus, tum ex sui tum ex omnium heredum suorum persona, adiuncta et fidei sponsione et iuramenti obligatione. Ut autem hanc rationabilem compositionem nullus unquam turbare presumat, auctoritate patris et filii et spiritus sancti et beati Petri apostolorum principis et nostra sub horreni anathematis vinculo districte interdici[m]us et presentem paginam ad immortalem huius rei memoriam sigilli nostri impressione communitivimus. Acta sunt hec Colonie anno dominice incarnationis L<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LXXII<sup>o</sup>, indictione II, presidente Coloniensi cathedre Philippo venerabili archiepiscopo feliciter; presentibus idoneis testibus tam clericis quam laicis, tam Coloniensis quam Mindensis ecclesie. Hec sunt nomina testium: Bruno maioris ecclesie prepositus, Simon prepositus sancti Gereonis, Wezelo prepositus sancti Andree, Conradus prepositus sancti Severini, Nicolaus abbas Siburgensis, Henricus abbas sancti Pantaleonis. Hi sunt nobiles: Everardus de Altena, Ingelbertus comes de Berge, Albertus comes de Molbach, Everardus de Seine. Hi sunt ministeriales et burgenses: Gerardus advocatus, Herimanus camerarius, Gozwinus, Emundus, Herimannus telonearius, Lothewicus et alii quam plures. Hi sunt testes Mindensis ecclesie: Conradus decanus, Reinwardus presbyter, Widekindus diaconus, Conradus subdiaconus. Hi sunt nobiles: Walterus, Henricus, Theodericus<sup>3)</sup>. Ex ministris: Eilhardus, Helmbertus, Wulframms.

## 59.

*Abt Conrad incorporirt die St. Magnuskirche zu Horhusen (Niedermarsberg) dem Stifte Eresburg (in Obermarsberg), indem er deren Übergabe an den vom Marsberger Propst aus Eresburg herbeigebrachten Reliquien des heiligen Petrus im Corveyer Capitel vollzieht. 1176 März 25<sup>4)</sup>. — Or.<sup>5)</sup> Propstei Marsberg U. 1; gedr. Falke Trad. Corb. S. 515; Erhard R. 2015. C. 378.*

C. In nomine sanctę et individę Trinitatis. Conradus Dei gratia Corbeiensis ecclesię abbas omnibus presentibus et futuris in perpetuum. Si utilitatibus servorum Dei paterna pietate prospicimus et

<sup>1)</sup> 1159—1167. — <sup>2)</sup> Das Oberaufsichtsrecht des Erzbischofs von Cöln als Metropolitan über das Bisthum Minden tritt in den Urkunden doch sonst nicht sehr bestimmt hervor. Die Urkunde ist unter diesem Gesichtspunkte um so bemerkenswerther, als Cöln 1172 doch noch nicht die herzoglichen Rechte über Westfalen und Engern besass. —

<sup>3)</sup> Es ist zu bedauern, dass die Territorialnamen der Mindenschen Edlen nicht angegeben sind. — <sup>4)</sup> Zu dieser Zeit hatte die Stadtgemeinde zu Ober-Marsberg wohl schon die noch jetzt im Stile des 12. Jahrhunderts erhaltene, musterhaft schöne Nicolaikapelle erbaut. Vgl. Kampschulte Kirchenpatrocinien S. 170. Der reiche Bau beweist, dass die Stadtgemeinde damals mächtig emporgeblüht war. Später am Ende des 12. oder Anfang des 13. Jahrhunderts war die Gemeinde in Niedermarsberg, um sich der geistlichen Gewalt der Bischöfe von Paderborn zu entziehen, nach

indigentias eorum oportuna liberalitate sublevamus, non solum devotionem ipsorum et benivolentiam et assiduum orationem nobis preparamus, sed etiam propiciationem Dei et sanctorum ipsius facilius nos patrocinia impetraturos speramus. Inde est quod nos saluti animę nostrę consulere volentes et beato Petro principi apostolorum in monte Eresberch devotionem nostram in aliquo demonstrare cupientes, quatinus per eum ianuam celi ingredi mereamur, consilio fratrum nostrorum Corbeiensium nec non et petitione ministerialium et aliorum fidelium nostrorum, ecclesiam sancti Magni, quę sita est in villa Horhusen, tradidimus ad supplementum prebendę fratrum Deo et beato Petro in monte prenominate servientium cum omni integritate et pertinentiis suis, ita ut prepositus, qui in monte fuerit, eandem ecclesiam sub potestate sua habeat, postquam ab eo qui nunc eam habet clerico nostro Conrado, seu vivente adhuc sive defuncto, libera extiterit. Notum ergo volumus esse omnibus ecclesię Dei fidelibus tam futuris quam presentibus, quod hanc traditionem prefatę ecclesię sollempniter fecimus in capitulo Corbeiensi coram cunctis fratribus nostris super reliquias beati Petri de monte Eresberch, quas prepositus Bruningus presentes tunc habuit et donationem de manu nostra suscepit. Nos quoque sub stola nostra in eodem capitulo auctoritate patris et filii et spiritus sancti et beati Petri principis apostolorum sub anathemate interdiximus omnibus successoribus nostris, ne aliquis eorum eandem ecclesiam a prefato monte auferre vel aliquomodo alienare presumat, sed semper in potestate prepositi, qui ibidem fuerit, ordinanda in perpetuum consistat. Ut autem hec traditio nostra omnibus futuris temporibus aq̄d posteros et successores nostros rata et inconvulsa permaneat, presentem paginam in testimonium factę a nobis donationis conscribi precepimus, quam subter annotatis testibus sigillo nostro et ecclesię corroborari iussimus. Testes et presentes hi fuerunt: Heinricus prior et (Randwigus) custos, Thidericus, Wizcelinus, Reinherus (prepositus), Godescalcus (camerarius), Adelbertus, Abraham, Eiko, Lambertus, Meinhardus (prepositus maior), Othelricus, Reinmarus, Thidericus, Fridericus (prepositus), Rotholfus (cantor), Unargus (prepositus), Heithinricus (prepositus), Wernherus, Hartmannus, Rotbertus (hospitalarius), Albertus (infirmarius), Bertholdus, Reinherus (cellerarius), Wizcelinus, Marquardus, Henholfus, Antonius, Heremannus, Godescalcus, Widikindus, Conradus, Gozwinus, Heinricus, Heinricus, Meinwardus, Waltherus, Arnoldus, Herebordus; (pueri:) Thietmarus, Johannes, Udo, Luthewigus, Liudoldus, Heinricus, Guntherus, Johannes, Conradus, Heinricus, Albertus, Hartlevus; (laici fratres:) Conradus, Reinhardus, Heinricus, Willehelmus; Thidericus (senior), Thidericus (iunior), Liudolfus dapifer, Fridericus, Heremfridus, Arnoldus, Hartmannus, Liuciko, Folwinus, Erembertus, Wernherus, Johannes et alii multi. Actum Corbeie anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LXXVI<sup>o</sup>, indictione VIII, anno prelationis domini Conradi abbatis XVI, die annuntiationis dominice.

Die früher angehängten Siegel des Abts und des Capitels von Corvey sind abgefallen <sup>1)</sup>.

## 60.

\* *Erzbischof Philipp von Cöln bekundet, dass Heinrich von Herdecke sein Allod — mit einigen näher angegebenen Ausnahmen — der Cölnischen Kirche übertragen und von ihr als Lehen zurückempfangen habe.*

1176. — Or. Kl. Scheda U. 1<sup>2)</sup>.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Phylippus Dei gracia sanctę Coloniensis ecclesię archi-

Obermarsberg ausgewandert und machte erst 1229 ihren Frieden mit dem Bischof von Paderborn. Vgl. U.-B. IV. Nro. 168. Ihr damaliger Plan, in Ober-Marsberg eine neue Kirche zu bauen, ist wohl nicht zur Ausführung gekommen, oder sie haben sich später nach Niedermarsberg und zu ihrer St. Dionysiuskapelle (vgl. Kampschulte 115, so wie die erwähnte Urkunde) und St. Magnuskirche zurückbegeben, was nach der Urkunde vom 9. September 1247 sehr wahrscheinlich ist. — \*) Welches zu Erhard's Zeiten sich verloren hatte und welches ich wieder auffinden konnte; sein Abdruck ist einer neuern Abschrift Msc. I. 147. fol. 470. entnommen und daher viel fehlerhafter als der von Falke aus dem Original gegöbene. Das Eingeklammerte findet sich über der Zeile eingetragen.

<sup>1)</sup> Falke will sie freilich noch gesehen und Tafel V. Nro. 2. und IV. 3. abgebildet haben. Doch verdienen seine Siegelabbildungen nur in seltenen Fällen Glauben. Vgl. U.-B. IV. S. 15. — <sup>2)</sup> Ich fand diese wichtige Urkunde im Archiv

episcopus. Quicquid inter partes diversas bonis moribus sanisque consiliis definitum fuerit, necesse est, ut propter opprimenda iurgia conscriptionis vinculo muniatur. Notum sit igitur cunctis Christi fidelibus tam post futuris quam presentibus, quod Heinricus de Herreke <sup>1)</sup> et uxor eius Adeleit filia Rathardi de Ruthenberch <sup>2)</sup> cum suis legitimis heredibus allodium suum beato Petro unanimi voto et consensu contulerunt cum servis et hominibus ad ipsum predium pertinentibus, exceptis eorum ministerialibus, et preter Lydenhurst <sup>3)</sup> cum omnibus suis appendiciis, quod est Adeleidis propter nuptias (donatio, que vulgo *morgengave* appellatur, et preter bona duorum suorum ministerialium videlicet Winandi et Godescalci et preter unam (curiam, que) dicitur Horneg <sup>4)</sup>, que longe retro actis temporibus monasterio s. Marię ad gradus in Colonia noscitur esse collata. His itaque (in) hunc modum rite peractis, hoc a nobis ex conventionem obtinuerunt, ut eadem bona a nobis in feodum et beneficium reciperent, hac conditione interposita, ut pro hiis bonis ab omni exactione expeditionis et auxilii, quod vulgo *hersture* <sup>5)</sup> nuncupatur, essent omni tempore liberi et absoluti. Nolentes autem tante eorum devotioni circa ecclesiam sancti Petri esse ingrati, contulimus eis in beneficium singulis annis, quam diu uterque coniugatorum vel alteruter eorum viveret, omni retractione remota XII marcarum argenti redditus. Preterea hoc secundum petitionem eorundem eis contulimus et indulimus, ut curtis in Sulede <sup>4)</sup> cum decimali censu trium solidorum et domus in eadem villa cum decimali censu duorum solidorum et alia quedam domus, que Rure <sup>6)</sup> vocatur, item cum decimali censu duorum solidorum, atque universa eorum bona sub eodem decimali censu, quo nunc ab eis in potestatem beati Petri et nostram pervenerunt, integra et inconvulsa permaneant. Illud quoque ad cunctorum noticiam pervenire volumus, quia idem prefatus Heinricus autor fidus et cooperador extitit, quod uxor sua Adeleidis dueque sorores eius Lucart et Wildrutis predium suum beato Petro contulerunt, quod ob id usumfructum tercię partis eiusdem predii uxori sue pertinentis cum assensu sororum earumque legitimorum heredum, quoad ipse uxorve eius viveret, sine ulla refragatione possideret, adicientes ut predictarum XII marcarum donatione libere perfruantur usque ad utriusque obitum et deinde ad episcopalem redeant utilitatem, feodum vero prediorum Heinrico uxoreque sua decedente ad proximorum heredum potestatem redigatur. Ut autem tam gestum quam scriptum per omnia innitatur veritati, banni mei promulgavi . . . sigilli mei impressione presentem paginam confirmavi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LXXVI<sup>o</sup>, indictione VIII, regnante domino Friderico Romanorum imperatore augusto, regni eius XXV. Testes vero huius rei sunt: . . . . . ?) Coloniensis metropolis, Bruno ma-

des genannten Klosters vor und glaube auch, dass sie zu demselben gehört, wenn auch weder das Schedauer Copiar des 16. Jahrhunderts, Msc. VII. 6116, noch das Repertor sie aufführt. — <sup>1)</sup> Seibertz Dynasten 419 constatirt das Vorkommen dieses Heinrich in einer Urkunde des Jahres 1173 unter den Edlen und Freien. Dess. U.-B. I. Nro. 13. Für den Sitz dieses Geschlechts ist zweifellos Herdecke im Kr. Hagen S. von Dortmund zu erachten, wo wir im 13. Jahrhundert das bekannte Kloster mit dem Namen Herreke bezeichnet finden. Da die Gegend, worin es liegt, das Ardey heisst, vgl. auch v. Viebahn Ortsregister vom R.-B. Arnsberg S. 54, und die Gründung des Klosters Scheda vom edlen Geschlechte der von Ardey ausging, vgl. Nro. 82 die Bulle Cölestins III. vom J. 1196, so spricht auch dies für die Zugehörigkeit dieser Urkunde zum Schedauer Archiv. — <sup>2)</sup> Seibertz Dynasten S. 198 u. 340 weist ihn als Edelherrn in einer Urkunde K. Friedrichs I. von 1152 bei Kindlinger Volmestein II. S. 13. nach. Wenn er seine Annahme, Conrad und Rabodo von Rüdberg, vgl. Nro. 54a., seien für Söhne dieses Rathard zu halten, nur als eine Vermuthung bezeichnet, so erweist diese Urkunde, dass dies in der That nicht der Fall gewesen sein kann, weil sonst darin nicht Conradus de Ruthenberch ohne weiteren Zusatz als Zeuge aufgeführt sein könnte. Die Verwandtschaft der edlen Geschlechter Herdecke und Rüdberg war bisher nicht bekannt. Der Schluss unserer Urkunde ergibt, dass Adelheid noch zwei Schwestern Lucart und Wildrut hatte. Natürlicherweise kann letztere nicht identisch sein mit der Wildrut von Ardey, die mit ihrem Sohne Rathar das Kloster Scheda gründete. Denn Scheda ist nach Reg. 1789 schon vor dem Jahre 1152 gestiftet worden. Aber einen Zusammenhang dieser Geschlechter ergibt die Gleichförmigkeit der Namen. — <sup>3)</sup> Lindenhorst N. von Dortmund. — <sup>4)</sup> Horneg und Sulede habe ich nicht zu constatiren vermocht. — <sup>5)</sup> Nach Massgabe der Notizen bei Waitz Verf. G. IV. 521. not. 2. erscheint diese Stelle von um so grösserer Wichtigkeit für die deutsche Verfassungsgeschichte zu sein, als es sich hier um die freien Güter eines Edlen handelt, der dieselben dem Erzbischof von Cöln überträgt, um sie von ihm als Lehen — aber ohne Verpflichtung zur Zahlung der Heersteuer — wieder zu empfangen. — <sup>6)</sup> Haus Ruhr Kr. Dortmund. — <sup>7)</sup> Welches Wort in der Lücke gestanden hat, kann ich nicht sagen, vielleicht clericus.

ioris ecclesie prepositus, Hugo decanus, Lotharius Bunnensis prepositus, Sigefridus Santensis prepositus, Johannes (Sef)lecensis prepositus; ex laicis nobilibus: Hinricus comes Arnesbergensis, Godefridus de Heimesberch, Conradus de Ruthenberg, Heinricus de Hachenen; ex ministerialibus: Heinricus de Volmutsteine, Gozwinus de eodem castello, Gerardus advocatus Coloniensis et frater eius Herimannus, Heribordus de Suanesbule<sup>1)</sup>.

## 61.

\* *Abt Uffo von Grafschaft bewilligt den Pfarreingesessenen zu Attendorp das Recht, den Pfarrer zu wählen und ihn zur Installation vorzuschlagen. 1176. — Abschr. Kl. Grafschaft U. 2a.*

In nomine sanctæ et individuae Trinitatis. Uffo Dei gratia Grascapensis abbas. Notum esse volumus universitati fidelium, quod parrochianis de Attinderre concessimus, eligere post obitum sacerdotum suorum alium ad tale et tantum officium idoneum et nobis presentare investiendum. Huius concessionis testes sunt: Albertus capellanus noster, Sifridus decanus, Gerhardus eiusdem ecclesie sacerdos, Hermannus comes de Ravenesberch<sup>2)</sup>; ministeriales ipsius: Adolfus, Hethenricus, Ruggerus, Rudolfus, Ezzo, Elardus; parrochiani: Richardus, Folmarus, Heinricus, Eilardus. Acta sunt hæc anno incarnationis dominicæ M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LXXVI<sup>o</sup>, indictione VIII et presentis scripti privilegio communita, hac interposita firmitate, ne electio prædictorum parrochianorum præpediat, quin sacerdos eorum debite nobis servitutis officium exhibeat.

## 62.

*1179 Juni 29. Magdeburg. Die Bischöfe Hermann von Münster, Anno von Minden und Arnold von Osnabrück, Zeugen der Urkunde Kaiser Friedrichs I. für das Bisthum Havelberg. Stumpf 4282. Ebenso auch am 1. Juli desselben Jahrs Zeugen in einer gleichfalls zu Magdeburg für das Bisthum Brandenburg ausgestellten Urkunde Kaiser Friedrichs I. Stumpf 4283; desgleichen am 29. Juli zu Erfurt für das Kloster Iechtershausen, wo neben ihnen auch Abt Conrad von Corvey genannt wird. Stumpf 4288.*

## 63.

*Bischof Anno von Minden regelt die Archidiaconalverhältnisse des Stifts Wunstorf und bestimmt insbesondere, dass die Geistlichen die Seelsorge vom Bischofe übertragen erhalten, im Übrigen aber dem Archidiaconus unterworfen sein sollen. 1181 December 29. — Hier nach dem Abdrucke bei Brasen Geschichte des Stifts Wunstorf S. 289.*

Ego Anno Mindensis episcopus. Quoniam (in) agenda cura pastoralis in grege commisso diligens necessaria est circumspectio, quatenus a Domino digna percipiatur retributio, solerter commissarum nobis ecclesiarum bonis ampliandis, adversitatibus repellendis, maxime vero discordiarum aculeis conterendis inter disciplinatos operam dedimus. Notum igitur esse cupimus presentibus et futuris, Hermannum maioris ecclesie canonicum et scholasticum et Wunstorpiensis ecclesie archidiaconum quærimoniam ab antecessoribus suis archidiaconis quondam ventilatam in publico resumpsisse. Videlicet quod ecclesie illius

<sup>1)</sup> Dass diese wichtige Erwerbung nicht in das Verzeichniss der vom Erzbischofe Philipp für die Cölnische Kirche acquirirten Güter, Cöln. Lehne U. I. gedr. Seibertz U.-B. III. Nro. 1072, aufgenommen ist, beweist wohl, dass das Gut bald nach seiner Erwerbung dem Erzbisthum wieder entfremdet wurde. — <sup>2)</sup> Welche Beziehungen Graf Hermann von Ravensberg zum Kloster Grafschaft hatte, ist nicht bekannt. Vgl. Nro. 49 über die Beziehungen seines Vaters, des Grafen Otto von Ravensberg, zum Kloster Flechtdorf.



sacerdotes et ecclesiarum ad eam pertinentium de obedientia et synodalibus et administratione sumptuum aliis archidiaconis iuxta consuetudinem exhibendis nollent respondere, domina Oda abbatissa cum clero suo contradicente, quod ecclesia a suo primordio in ea libertate constitisset ac deinceps vellet permanere sicque res discordantiam acclinabatur, ut et ecclesia et ipse Hermannus laboribus et fatigatione in preceps iactari videretur. Nos igitur debiti nostri officii attendentes, ut errata revocarem et contracta consolidarem, ad civitatem Wunstorpiensem venimus et prudentum nostrorum consilio litem controversiæ hoc modo discimus, ut pars utraque dispositioni nostræ nostrorumque consessorum se submitteret. Unde iniunctum et celebriter statutum est, ut sacerdotes predicti nobis nostrisque successoribus obedientiam faciant et curam suscipiant et archidiacono in omnibus, exceptis antea taxatis, synodum denunciando, assidendo, consulendo, commodos se exhibeant, sacerdotes vero de Golturpe et de Nistede necessaria sumptuum ad synodum in ecclesiis suis tenendam ei ministrent, in ceteris aliis equales existant. Statutum quoque est, ut idem archidiaconus et sui successores canonicam prebendam cotidianam qualem alius frater in ecclesia illa accipiat, ipse sine servitio ad sumptus administrationem in celebratione synodi habeat, ut pro necessitate ecclesiæ, dum requisitus fuerit, consulendo adiuvando assistat. Item definitum est, ut fratres prædicti liberam de suis rebus disponendi cum testamento habeant facultatem. Si vero intestatus eorum quis decesserit, in tres partes reliquiis suis partitis, unam abbatissa, aliam sorores, tertiam fratres in memoriam defuncti recipiant, ut sic unanimes in divino obsequio permaneant. Ut itaque hæc nostra ordinatio et utriusque partis voluntaria cum ecclesiæ consensu deliberatio rata et inconculsa omni futuræ posteritati permaneant, hanc cartam conscribi fecimus et sigilli nostri impressione subter signavimus præceptione pontificali tenendam et testibus idoneis tam clericorum quam laicorum munivimus. Nomina autem testium hæc sunt: Tetmarus maioris ecclesiæ præpositus, Reynardus eius ecclesiæ decanus, Remboldus, Conradus, Tetmarus eiusdem ecclesiæ fratres; nobiles quoque homines: Helmoldus, Fredericus. Hæc compositio facta est Oda abbatissa præside cœnobio Wunstorpiensi, Oda decana, Conrado advocato, præsentibus quoque eiusdem ecclesiæ fratribus et canonicis: Hermanno, Wicholdo, Godefredo, Arnoldo, Lefhardo et Absolone; ministerialibus: Henrico, Arnoldo, Lamberto, Gerhardo et aliis quampluribus. Anno dominicæ incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LXXXI<sup>o</sup>, indictione XIII, III Kalendas Januarii, regnante Friderico Romanorum imperatore acta sunt hæc feliciter. Amen.

## 64.

*Papst Lucius III. bestätigt dem Stifte Busdorf seinen Besitz, namentlich die von dem Stifter ihm übertragenen Güter, insbesondere auch das Pfarrrecht über einzelne Bauerschaften in und bei der Stadt Paderborn. 1182 oder 1183 Mai 30. Velletri 1). — Or. Stift Busdorf U. 6; Abschrift Msc. I. 121. fol. 15; I. 123. fol. 3'; gedr. Schaten zum Jahre 1183 wie auch Erhard R. 2128; Jaffé 9521.*

Lucius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis . . . preposito et canonicis ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree in Paterburna salutem et apostolicam benedictionem. Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatinus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus, statuentes ut quascumque possessiones, quecunque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Specialiter autem possessiones bonorum, que bone memorie M(einwercus) episcopus fundator ipsius ecclesie rationabiliter contulit eidem et suis litteris confirmavit tam in decimis quam in curtibus, in areis, mancipiis, in parrochia, que est super quinque villas quarum nomina sunt

1) In beiden Jahren war Lucius im Monat Mai in Velletri.

hec: Aspethera, Hildelinghusen, Hassvitheusen, Hohensili, Asbehtinghusen <sup>1)</sup>, apostolica auctoritate vobis et per vos ecclesie vestre confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Velletri III. Kalendas Junii.

An rothen und gelben seidenen Fäden hängt die schon stark verkalkte Bulle Lucius III.

## 65.

\* *Bischof Siegfried von Paderborn schlichtet einen Streit zwischen dem Paderborner Stadtpfarrer zu St. Ulrich <sup>2)</sup> und dem Stifte Busdorf in Betreff der Parochialrechte <sup>3)</sup> über vier Bauerschaften und einen Theil der Stadt Paderborn. 1183. — Abschr. Msc. I. 121. fol. 14'—15; Auszug bei Bessen I. S. 162; fehlt bei Erhard.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Sifridus Patherburnensis ecclesie humilis minister ecclesie apostolorum Petri et Andree in perpetuum. Amen. Quoniam quicquam in tempore geritur a memoria labitur et actus hominum temporalem sequuntur motum, necesse est, ut, que sui natura nube oblivionis tegi properant, literarum fulcimen habeant, que recentem facti presentent memoriam et malignorum audacter increpent calumpniam. Presentis scripti tenore futuris et presensibus innotescere volumus, quod lis inter canonicos apostolorum Petri et Andree et Theodericum plebanum Patherburnenses super parochia quatuor villarum Rupinchusen <sup>4)</sup>, Hassvithehusen, Hohensile, que vulgari verbo dicitur Quaden, Asbethinchusen et parte civitatis, que Aspedere dicitur, diu agitata in presentia nostra consentiente et approbante universo clero maioris ecclesie hoc siquidem pacto per contractum transactionis terminata est, ut Theodericus diebus amministrationis sue de parochia, super qua questio vertebatur, partem civitatis Aspedere totam pacifice teneret, preter pauculas areas, quas officinis et officariis canonicorum pia deputavit antiquitas, canonici vero in quatuor prescriptis villis ius amministrandi spiritualia inturbate possiderent. Hoc quoque in pactione convenit, ut Theoderico a regimine plebis Patherburnensis quocunque casu cessante, omnes inhabitantes quatuor pretaxatas villas et partem civitatis Aspedere, que est ad dexteram directe euntis a porta que ducit Asbethinchusen ad portam que ducit Suledhe, in ecclesia apostolorum Petri et Andree, sicut eorum antiquum continet privilegium, sacramenta perciperent et divina audirent, sed causas sinodales in ecclesia beati Udelrici ad audientiam maioris prepositi deferrent. Et ne causa in infinitum retractaretur et negotio sepius sopito spes ulla resuscitationis superesset, arbitrorum diligentia cautissime diffinivit, ut iam sepe dicti canonici iusiurandum prestarent, ne prememoratum Theodericum ulla amplius super hoc inquietatione molestarent, et tactis sacrosanctis evangeliiis omnes in eadem verba iuraverunt. Sed quia causa, que occasione scismatis apta videtur et materie scandali comoda, multis debet solempnitatibus esse subnixa, super hac transactione presentem paginam conscribi fecimus testium subscriptione munientes et ex habundanti duplici sigillorum, nostri videlicet et ecclesie, impressione roborantes, quo efficacius ipsi facto robor in perpetuum valeat conferre et odiosas litigantium calumpnias faciat conquiescere. Hec acta sunt anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LXXXIII<sup>o</sup>, indictione prima, sedente domino Lucio papa III<sup>o</sup>, regnante domino Fredherico glorioso imperatore. Huius rei testes sunt: Altmannus prepositus, Volbertus decanus, Godescalcus prepositus, Bernhardus

<sup>1)</sup> Über die Lage dieser Bauerschaften vgl. Giefers Beiträge S. 28 sq. — <sup>2)</sup> Über die ferneren Schicksale und Umgestaltungen dieser ältesten Pfarrkirche vgl. U.-B. IV. Nro. 200. u. folgende. — <sup>3)</sup> Welche die oben Nro. 64. gegebene Urkunde des Papstes Lucius III. vom 30. Mai 1182 (oder 1183) noch dem Stifte ungetheilt bestätigt hatte. — <sup>4)</sup> Späterer Name für Hildelichusen, vgl. Giefers Beitr. S. 29, der aber übersieht, dass doch auch noch die Urkunde Lucius III. von 1182 oder 1183 den Namen Hildelichusen kennt.

prepositus, Menricus, Bezelinus, Ludewicus, Conradus, Conradus, Godefridus, Alexander, Erpo, Henricus, Lambertus, Vulfram, Hereman, Thidericus, Hugo, Bernhart, Johan.

## 66.

\* *Erzbischof Conrad von Mainz entscheidet einen Streit zwischen den Stiftern Neuenheerse und Gerden in Betreff gewisser Güter zu Gunsten des Ersteren. 1184. — Or. Stift Neuenheerse U. 11<sup>1)</sup>.*

C. In nomine sancte et individue Trinitatis. Conradus Dei gratia Moguntine sedis archiepiscopus omnibus fidelibus Christi salutem<sup>2)</sup>. Universali memorie tam presentum quam futurorum innotescere volumus factum quoddam rationabile sub nostri presentia et domini Hermanni Monasteriensis episcopi et domini Sigefridi Patherbornensis episcopi et aliorum probabiliū virorum peractum. Dum post varios labores, quos pro statu et integritate sancte Romane ecclesie pertulimus, in sedem nostram Moguntinam ordinatione divina restituti, in Patherbornensi ecclesia eodem nostre restitutionis anno quadam vice fuissimus<sup>3)</sup>, domina abbatissa Regelindis<sup>4)</sup> de Hersin querimoniam nobis contra sorores in Gerdin, quarum provisor dominus abbas de Liesberne habebatur, hoc modo proposuit; ostendens sane, quod domina Beatrix<sup>5)</sup> pridem in abbacia sibi precedens consilio domini Bernhardi<sup>6)</sup> Patherbornensis episcopi, sororum eiam et ministerialium suorum et aliorum qui ad hoc sibi expediebant, XV<sup>cim</sup> mansos, XII<sup>cim</sup> in silva Osninc et duos in Echusin<sup>7)</sup>, unum in Wevrishem<sup>8)</sup> cum utilitatibus suis, ecclesie de Gerdin et sororibus ibi secundum regulam s. Benedicti degentibus contradidit, hoc adiungens, ut quicumque prefatis sororibus pro temporis successione prior existeret, eosdem quindecim mansos de predicte manu domine abbatisse de Hersin sine exactione reciperet et ecclesiam sancti Petri in monte qui dicitur Yburc<sup>9)</sup>, si quando delapsa foret, restauraret et ei in divinis provideret. Quod dum abbas de Liesberne predictarum in Gerdin sororum responsalis contradiceret et eosdem mansos a domino Bernhardo Patherbornensi episcopo possidere se diceret, privilegium eiam quoddam, quod nos infregimus<sup>10)</sup>, ostenderet, tandem, ut res ipsa idonee terminaretur, consilio eorum qui ibi presentes erant, domini Hermanni Monasteriensis episcopi et domini Sigifridi episcopi Patherbornensis et aliorum probabiliū virorum sic mediari dignum duximus, ut domina abbatissa in partem consilii providos sibi et aptos assumeret, ut illorum consilio res ipsa tractaretur. Quē dominum Altmannum Patherbornensis ecclesie prepositum, Bernhardum sancti Petri prepositum, magistrum Henricum Patherbornensis ecclesie scolasticum, Wernherum de Bracal, Pertholdum de Espering assumpsit. E contra dominus abbas Henricum s. Pauli abbatem<sup>11)</sup>, Gotscalcum prepositum de Nortin<sup>12)</sup>, comitem Albertum de Eberstein, Bernardum de Lippha, Witikindum de Riedi<sup>13)</sup> assumpsit. Quorum sollicita deliberatione et aliorum qui aderant communi consilio sub nostri presentia et domini Hermanni Monasteriensis et Sigefridi Patherbornensis episcopi hoc fine terminatum est, scilicet ut domine abbatisse de Hersin ius proprietatis recognosceretur et, sicut dictum est, quicumque prefatis

<sup>1)</sup> Erhard hat R. 2153. C. 449. des Paderborner Bischofs Siegfried Bekundung dieser Entscheidung aus dem Copiar des Klosters Gerden publicirt. Wenn er hierbei den Abdruck unserer Urkunde in den Annales Paderborn. als eine Nachbildung Schatens bezeichnet, so irrt er insofern, als das Neuenheerser Archiv, was Erhard entgangen war, das Original einer Urkunde Erzbischof Conrads über diesen Streit in der That enthält. Doch entspricht der Schatensche Abdruck keineswegs diesem Originale. Vielmehr hat Schaten den Neuenheerseschen und den Gehrdenischen Text in gewissenloser Weise combinirt und Einzelnes aus seinem Eignen hinzugethan. — <sup>2)</sup> Bis hierher verlängerte Schrift. — <sup>3)</sup> Erzbischof Conrad aus dem Hause Wittelsbach, in der Zeit der zwiespältigen Papstwahl von Kaiser Friedrich I. vertrieben, kehrte 1183 in sein Erzbisthum zurück. — <sup>4)</sup> Erscheint urkundlich in den Jahren 1163—1185. — <sup>5)</sup> Desgl. in den Jahren 1123—1158. — <sup>6)</sup> I. 1127—1160. — <sup>7)</sup> Wohl Eyssen im Kr. Warburg SO. von Peckelsheim. — <sup>8)</sup> Wirnissen nach der Gerdenschen Ausfertigung; es lag zwischen Brakel und Gehrden und ist jetzt nicht mehr vorhanden. U.-B. IV. 9. Not. 4. — <sup>9)</sup> Driburg. — <sup>10)</sup> Ebenso auch die Gerdener Ausfertigung: privilegium — quod dominus Conradus — archiepiscopus infregit. War dies Privileg von einem Paderborner Bischof ausgestellt? — <sup>11)</sup> von Abdinghof. — <sup>12)</sup> Nörten bei Göttingen. — <sup>13)</sup> Rheda.

sororibus pro tempore prior succederet, prefatos mansos a manu domine abbatisse Hersensis reciperet absque omni exactione, quod et tunc fecit sub nomine prioris dominus abbas predictus de Liesberne coram nobis et sepius dictis domino Hermanno Monasteriensi et Patherbornensi episcopis et aliis ibi presentibus, ut prior pro tempore prefatis sororibus in Gerdin succedens, ecclesie iam dicte in monte in edificiis et in divinis provideret. Domina eciam abbatissa de Hersin, si quando vellet, in monte sine gravamine sororum morari posset. Preterea quicumque in Hersin iure fungatur advocatie, super his eciam bonis advocatie ius optineat. Hec autem quia sub nostra et episcoporum predictorum et eorum, quos in testimonium subiungimus, presentia rationabiliter peracta sunt, nostri ea impressione sigilli stabili-  
 munitentes, rata deinceps haberi volumus. Si quis autem postmodum infringere vel irritum facere factum nostrum temptaverit, sicut per sententiam publice nobis adiudicatum est, nostre excommunicationis vinculum et Dei omnipotentis indignationem se promeruisse cognoscat. Huius autem rei testes sunt predictus <sup>1)</sup> dominus Monasteriensi et Patherbornensi episcopus, Henricus abbas Pauli apostoli in Patherborn, Winize abbas de Liesberne; ex prelati Moguntinensi ecclesie Burkardus prepositus sancti Petri in Moguntia, Wernherus s. Stephani prepositus in Moguntia; Altmannus Patherbornensis prepositus et eiusdem ecclesie decanus Volbertus, Gotiscalcus prepositus de Nortyn, Bernardus prepositus s. Petri, dominus Otto comes Palatinus de Wilitinibahc, dominus Otto langravius landgravius <sup>2)</sup>, comes Albertus de Eirstein, Witikindus de Sualinberc, frater Basilius, Wernherus de Brakal et alii multi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LXXXIII<sup>o</sup>, indictione II, imperatore Frederico regnante feliciter.

Vom Siegel ist nur ein Stückchen Wachs an einem Pergamentstreifen hängend erhalten.

## 67.

*Bischof Siegfried von Paderborn bestätigt dem Kloster Hardehausen die Schenkungen seiner Vorgänger Bernhard I. und Evergis, sowie die neuerdings erworbenen Güter. 1184. — Regest Msc. I. 243b. S. 25; Erhard R. 2154 <sup>3)</sup>.*

Sigefridus Patherburnensis episcopus testatur, quod confirmet quecumque Bernardus et Evergis antecessores sui contulerant monasterio Hersuithusensi nempe ecclesie (?) Hersuithusensi in Scherve, Kivelinchusen, Rocethehusen <sup>4)</sup>, Hodagessen, Sledede, partem campi Druhem, mediam partem agrestium equarum <sup>5)</sup>; item que episcopatus sui tempore accesserant: plaustrata vini quam Ludolfus <sup>6)</sup> frater memorabilis episcopi domini Bernardi habuerat in feudo et cum filio Widekindo hac conditione resignaverat, predium in Dalhem quod contulerat <sup>7)</sup> anno M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LXXXIII<sup>o</sup>, indictione I. videntibus comite Widekindo de Waldeckke, Sifrido de Dalehem, Henrico pincerna, Conrado Nigro, Godescalco de Mulenhusen et fratre eius Joanne, Godescalco de Thinkelburg, Liudoldo de Hosdagessen, Testes Altmannus maior prepositus, Volcbertus decanus et reliqui canonici maioris ecclesie, Godescalcus qui et Northenensis prepositus <sup>8)</sup>, Bernardus qui et prepositus sancti Petri. Anno M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LXXXIV<sup>o</sup>, indictione III.

<sup>1)</sup> Von hier an mit blasserer Tinte eine spätere Hand, die auch in der Orthographie der Eigennamen abweicht. — <sup>2)</sup> So unsere Urkunden durch ein Versehen des Schreibers. Die Gerdener Ausfertigung hat: langravius de Stevenigen, was wie Ficker Reichsfürstenstand §. 154. erwiesen, ein nicht sehr häufig gebrauchter Beiname der Bayerischen Landgrafen von Leuchtenberg ist. — <sup>3)</sup> Nach Schaten ad ann., dessen Angaben aber so inhaltslos sind, dass wir nicht anstehen durften, die Auszüge unserer Handschrift zu publiciren. — <sup>4)</sup> Wohl identisch mit dem U.-B. IV. 222. zum Jahre 1233 erwähnten Hardehausenschen Gute Rozinchusen. — <sup>5)</sup> Schaten sagt: ius sylvestrium equorum, quod leges equitium vocant. Doch kann ich über die Sache selbst nichts weiter ermitteln, als dass damit der Ertrag aus der Zucht jener Pferde gemeint ist, welche in den Marken, so lange dieselben ungetheilt waren, frei lebten und dort übernachteten und auch überwinterten. — <sup>6)</sup> von Ösede, der mit seinem Sohn Widekind häufig in den Urkunden erwähnt wird. Vgl. das Register zu Erhard S. 71. — <sup>7)</sup> Bischof Siegfried. — <sup>8)</sup> Nörten an der Leine. Vgl. U.-B. IV. 192.

## 68.

\* Die Verfasser des Münster'schen Domcopiars <sup>1)</sup>, Msc. I. 1, bringen fol. 193 über die creatio collegii S. Ludgeri Monasteriensis, wie es in der Überschrift heisst, folgenden Anfang einer bisher unbekanntenen Urkunde:

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hermannus Dei gratia Monasteriensis episcopus secundus. Sapientia que ex ore altissimi prodiit per magni consilii angelum et cetera und bemerken dabei: Et invenietur et queretur secundum ordinem numeri desuper dorsum littere adnotati. Et est quedam vetustissima copia absque anno Domini et absque omni sigillo.

Sodann unter der Überschrift Est de passagio in terram sanctam folgenden Anfang einer Bulle Clemens III.:

Clemens episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri episcopo Monasteriensi salutem et apostolicam benedictionem. Gloriosa patrum sanctorum habet traditio, quod Moyses dilectus a Domino familiariter cum ipso tenens in monte colloquia et cetera und fügen auch hier die Archivalnotiz hinzu: Et queratur secundum ordinem numeri supra dorsum littere ipsius fideliter adnotati.

Hinsichtlich des ersteren Punktes ist es um so mehr zu bedauern, dass die Urkunde nicht vollständig abgeschrieben worden, als der genaue Zeitpunkt und die näheren Umstände der Errichtung des Capitels zum h. Ludgerus durch Bischof Hermann nicht feststeht. Der am Schlusse dieses Hefes verbesserte libellus Monasteriensis de miraculis S. Ludgeri wird den Beweis erbringen, dass die erste von Bischof Ludwig 1169—1173 gegründete Kirche von Holz war, die dann, als dessen Nachfolger Hermann sie zur Collegiatkirche erhob und ihr einen Theil der von ihm mit Stadtrechten ausgestatteten und mit Mauern, Thürmen und Gräben umgebenen Stadt Münster als Pfarre überwies, in Stein neu aufgeführt wurde, wie sie im Unterbau der Kirche noch jetzt erhalten ist. Nachdem schon Bischof Ludwig im Jahre 1173, Erhard R. 1988. C. 365. der ecclesia s. Ludgeri, que tempore meo in australi parte Monasteriensis civitatis fundata est, in dotem et prebendam sacerdotis einen Mansus geschenkt, und auch Bischof Hermann im Jahre 1178, R. 2050. C. 396. genehmigt hatte, dass Franco von Wettringen ecclesiam b. Ludgeri in civitate nostra erectam et nostris temporibus adhuc novellam mit seinem ganzen Allod in der Pfarre Schapdetten beschenkte, wird in einer Urkunde von 1185, C. 450, zum erstenmal der Propst Dietrich von S. Ludgeri erwähnt, ein Beweis, dass in der Zwischenzeit die creatio collegii und der Neubau in Stein erfolgt sein müssen.

In Betreff der an Bischof Hermann gerichteten Bulle Clemens III. dürfen wir darin vielleicht eine Aufforderung des Papstes an den Bischof, das Kreuz zu nehmen, sehen, der dann Hermann am 27. März 1188 auf dem Reichstag zu Worms mit vielen anderen Bischöfen entsprochen hat; H. Prutz Friedrich I. Thl. II. 306. Doch werden ähnliche Schreiben an andere Bischöfe von Jaffé nicht aufgeführt. Möglicherweise betrifft die Bulle daher Hermanns Sendung nach Constantinopel, Erhard R. 2236, Riezler in den Forsch. zur D. G. X. 22. not. 3.

## 69.

Bischof Siegfried von Paderborn bestätigt einen Vertrag der Äbtissin Regelindis von Neuenheerse mit der Familie von Harehusen <sup>2)</sup> wegen Eintausches der Villication zu Mengersen gegen stiftische Lehnsgüter. 1185. —

Or. Stift Neuenheerse U. 12; gedr. Wigand Archiv V. 331; Erhard R. 2168.

In nomine sancte et individue Trinitatis <sup>3)</sup>. Ego Sifridus Dei gratia Paterburnensis ecclesie episcopus Hersensi ecclesie in perpetuum. Amen. Quoniam ea, que homines statuunt et inter homines fiunt,

<sup>1)</sup> Die Weltpriester Heinrich von Kemnaden und Nicolaus Bastun, die 1361 ihre Arbeit beendet hatten. — <sup>2)</sup> Niedermarsberg; nicht Hachusen, wie Erhard den von Wigand richtig gelesenen Namen entstellt. — <sup>3)</sup> Bis hierher verlängerte Schrift.

cum hominibus quoque pretereunt, sollerti vigilantia precaveri oportet, ut ea, que presentes ordinant, per salubrem litterarum custodiam ad posterorum devolvantur noticiam. Inde est quod tenore presentis scripti notum fieri volumus universitati fidelium, tam futurorum quam presentium, quod Helemburgis uxor Regenhardi de Harehusen et filii eius Conradus Willehelmus et Heinricus, quicquid iuris in villicatione Meinkeressen et in tribus decimis Frūdenhusen, Rothwardessen, Meinkeressen<sup>1)</sup> habuerunt, sub presentia nostra et multorum testimonio resignarunt hoc pacto interveniente, quod domina Regelindis abbatissa, que eo tempore Hersensi presedit ecclesie, eidem Helemburgi et prefatis filiis suis in recompensatione iam dicte villicationis et trium decimarum, quibus renunciabant, decem marcas gravis monete dedit et unum mansum et unam domum in Rekenen et duas domos in Nathesanken<sup>2)</sup> feodali iure concessit perpetuo possidendas, duo quoque talenta levis monete, que ei proxime vacare contingeret, ubi nullus legitimus heres succederet. Hoc quoque statutum est, si domina Regelindis abbatissa ante decessum suum memorata duo talenta non persolveret, ut ea, que sibi in abbatia succederet, prestare teneretur, approbantibus et compromittentibus omnibus his, quorum conniventia et quorum consensus in hac transactione erat necessarius. Et quia rumor de veteri suadet ventura timeri, ad petitionem ipsius abbatisse et tocuis ecclesie auctoritate nostra sub pena excommunicationis districte prohibuimus, ne hec villicatio ulli militi postmodum conferretur. Sed ne hec transactionis forma, in diebus pontificii nostri congrua sollempnitate et debito fine celebrata, de cetero cassari vel adnullari posset, presentem fecimus paginam conscribi et sigilli nostri impressione muniri, quatinus ipsa huius facti famam sequacius mentibus offerat et odiosas litigantium calumpnias per futura secula compescat. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LXXXV<sup>o</sup> indictione III. Testes huius rei sunt: Hogart preposita, Lutgart decana, Beatrix custos, Bertradis magistra, Jutte, Windelburich, Udelhilt, Gertherudis, Gerderudis, Rikenze, Sophia, Heilewich, Eilike, Regenwice, Bertha, Lutgardis, Adelheithis; canonici: Bernhart, Arnolt, Wicbrath, Hereman, Walthere; laici: Conradus advocatus, Thegenhardus, Bertoldus, Bruninc, Antonius, Udelric, Albero, Gerhart, Johan, Helmich, Gerolt, Cono.

Das früher in der rechten Ecke aufgedruckte, und an der anderen Seite durch ein Rücksiegel befestigte grosse Siegel des Bischofs ist verloren.

## 70.

\* *Bischof Bernhard II. von Paderborn empfiehlt den Äbtissinnen der Klöster Überwasser und Nottuln seine aus Nottuln'schen Gütern in Überwasser begründete Familienmemorie O. J. (1186—1203). Fälschende Nachbildung des XIII. Jahrhunderts Kl. Überwasser U. 21<sup>o</sup>.*

B. Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus venerabilibus dominabus abbatisse in Monasterio et abbatisse de Notlo orationes et obsequium. Cum Deo sueque genitrici venerationis aliquid pro modulo

<sup>1)</sup> Nach der Rückschrift: Mengersen, Frohnhusen und Rothwardessen. Von diesen drei Orten kann ich nur Frohnhausen, O. von Gerden constatiren. Mengersen, der Stammsitz der Familie dieses Namens, liegt nach Preuss und Falkmann II. 492. W. von Gerden. Doch habe ich es dort nicht finden können. — <sup>2)</sup> Natzungen N. von Borgentreich. Rekenen kann ich aber nicht deuten. — <sup>3)</sup> Diese Urkunde ist ein Denkmal eigenthümlicher Fälschung. Inhalt und Siegel sind ächt, und die Form doch gefälscht. Das Siegel stimmt durchaus mit dem von Erhard C. 484 zur Marienfelder Urkunde 3 vom Jahre 1188 beschriebenen des Paderborner Bischofs Bernhard II. von Ibbenbüren; es ist rund und kreisförmig, und nicht elliptisch, wie die Siegel der Bischöfe Bernhard III. von Oesede und Bernhard IV. von Lippe. Dass es nur Bernhard II. angehört haben könne, wird auch durch eine andere Urkunde des Klosters Ueberwasser v. J. 1172, Erhard Reg. 1972 C. 355 bestätigt, welche dieselbe Schenkung betrifft, und worin der Geber noch Bernhard von Ibbenbüren und Domherr zu Münster genannt wird. Die Schrift dieser Urkunde gehört aber ganz gelbe Farbe der übrigen Siegel Bernhard's II. hat und nicht so leicht sich zersplittert, sondern vielmehr eine dunkelgrüne feste Masse bildet. Es dürfte demnach der gewiss seltene Fall hier constatirt sein, dass als das Kloster

nostro exhibere cuperemus, mansum unum sub dote <sup>1)</sup> in Notlo situm ecclesie sancte Marie in Monasterio contulimus, ut inde annuatim dominabus tres solidi solverentur, et campanariis pulsatoribus et pro luminibus aliquantulum deputavimus, ut ex eo patris matrisque nostre et nostra gereretur memoria. Petimus igitur discretionem vestram subnixi, ut quemcunque vite nostre terminum Deus predestinaverit, predicta recordatio diebus vite vestre memorie vestre et dominarum vestrarum non excidat. Speramus quippe *qualem* eam ad posteritatem vestram transmittitis, postmodum Deo annuente non aboleri.

Das Siegel Bischof Bernhards II. ist erhalten.

## 71.

*Erzbischof Philipp von Cöln überweist dem Capitel zu St. Patroclus in Soest ein zu Nuttene<sup>2)</sup> angekauftes Gut. 1187 März 16. — Abschr. im Copiar sæc. XIV. von S. Patroclus Msc. VII. 6102. f. 31; gedr. Kindlinger Volmestein II. 43.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Philippus divina favente clemencia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus universis Christi fidelibus in perpetuum. Officii nostri debitum postulat, ut subditorum curam gerentes ecclesiasticis potissimum viris <sup>3)</sup> eciam in exterioribus consulamus, quatinus temporalibus adiuti subsidiis liberius studeant pro eternis. Hac sane provocati ratione consensum adhibuimus et operam, ut domum in Nutenen, quam Wezelinus Bernhardus <sup>4)</sup> filius Regenbodonis partim a nobis, partim a preposito Susaciensi tenuit in beneficio, ecclesia Susaciensis ad usum prebendarum suarum perpetuo iure obtineret. Eam quippe domum cum omnibus pertinentiis suis predictus Wezelinus Bernhardus Hermannus <sup>5)</sup> scultheto nostro vendidit. Hermannus autem nostra mediatione, recepta pecunia sua, nobis et Bernhardo preposito Susaciensi ad usus capituli Susaciensis resignavit et nos priorum Coloniensis ecclesie ac fidelium nostrorum assensu et consilio, convencia quoque et rogatu Bernhardi Susaciensis prepositi, a quo pars agrorum beneficio tenebatur, sepe dictam domum cum universis ad eam pertinentibus beato Patroclo ad usus canonicorum donavimus et facta oblatione ad maius altare ecclesie donationem nostram banno firmavimus, sanctientes auctoritate beati Petri ac nostra, ut nulla omnino persona humilis aut alta, secularis aut ecclesiastica contra hoc factum nostrum venire presumat. Ut igitur huius rei memoria fideliter ad noticiam posterorum transeat suamque obtineat firmitatem, presentem inde conscriptam paginam sigillo nostro fecimus insigniri. Testes huius rei sunt: Hermannus Monasteriensis episcopus, Sifridus Patherburnensis episcopus <sup>6)</sup>, Bruno maioris ecclesie in Colonia prepositus, Adolfus maior deca-

Ueberwasser in jener Zeit die von Bernhard II. von Ibbenbüren als Bischof ertheilte Bestätigung seiner vorher gemachten Schenkung verloren hatte, man dieselbe damals in Paderborn erneute und durch einen Abdruck des in jener Zeit wohl noch aufbewahrten Siegelstempels Bernhard's II. bestätigte.

Zur Erläuterung der Urkunde von 1172 ist unser Document in so fern von Wichtigkeit, als die Adresse an die Äbtissin von Nottuln ergibt, dass die bona in Nuthlon, wie dieser Ort C. 355 oder in Notlo, wie er hier heisst, nicht das Paderborn'sche im Sindfelde bei Wünnenberg früher belegene jetzt untergegangene Nutlon (Westf. U.-B. IV. 143), sondern Nottuln in der Diocese Münster betreffen.

<sup>1)</sup> Pfarrhof. — <sup>2)</sup> Wohl Nütting bei Welver. Vgl. v. Viebahn Ortstabelle des R.-B. Arnberg S. 109. — <sup>3)</sup> So richtig Kindlinger, unser Copiar aber deutlich iuris. — <sup>4)</sup> So Kindlinger und unser Copiar. Es muss also damals Sitte gewesen sein, zwei Namen zu führen; welcher von beiden Namen war aber der officielle und legten die Betreffenden sich diesen selbst bei? Auch erfahren wir ja, dass der Vater Regenbodo geheissen hat. — <sup>5)</sup> Erscheint urkundlich in den J. 1173—1200. — <sup>6)</sup> Weil Bischof Bernhard II. schon den 1. April 1186 Urkunden ausstellt, Erhard R. 2184, darum hat Erhard Note zu R. 2181 meines Erachtens noch keinen Grund diese Urkunde von 1187 zu verdächtigen, die den am 10. Februar 1186 gestorbenen Vorgänger Bernhard's II., den Bischof Siegfried von Paderborn, unter den Zeugen aufführt. Bei der grossen Naivität, mit der im Mittelalter diese Verhältnisse aufgefasst wurden, ist vielmehr anzunehmen, dass die Handlung selbst schon bei Lebzeiten Siegfried's stattgefunden hat, die Bekundung aber erst nach seinem Tode erfolgt ist und der Notar seinen Namen darum nicht weniger in die Urkunde aufnahm.

nus, Lotharius Bunnensis prepositus, Conradus prepositus sancti Severini, Theodericus prepositus sanctorum apostolorum, Ulricus capellarius, Johannes prepositus Sefficensis et subdecanus, Johannes corepiscopus, Rudolfus scolasticus; Otto comes de Benedhem, Hermannus comes de Ravensberg, Arnoldus comes de Altena, Henricus comes de Arnesberg et duo filii eius Henricus et Godefridus, Bernhardus de Lippia, Widekindus de Pirremunt, Hermannus de Ruthenberg, Henricus de Volnodisteine et Gerhardus senior <sup>1)</sup> frater eius, Godescalcus de Pathberg et Godescalcus filius eius, Hermannus sculthetus, Albertus et Hermannus filii eius, Thimo et Hildigerus, Regonbodo gener suus, Brunsteinus, Hizo, Liuthardus, Hoio, Helmwicus et magna populi multitudo. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LXXXVII<sup>o</sup>, indictione quinta, regnante domino Fritherico Romanorum imperatore augusto et Heinrico filio eius rege glorioso. Datum Colonie in presencia priorum et cleri, septimo decimo Kalendas Aprilis.

## 72.

*Bischof Arnold von Osnabrück bildet eine neue Pfarre aus drei Bauerschaften, zweigt sie von der Parochie Damme ab und verleiht den Einwohnern, welche sie aus ihrem Vermögen begründet haben, das Recht, den Pfarrer zu wählen. 1187. — Gedr. Möser Osn. Gesch. II. 221. und Sämmtl. Werke VIII. 121. Hier nach der vollständigeren und besseren Abschrift Msc. II. 87. S. 77.*

Arnoldus per misericordiam Dei Osnabrugensis ecclesie episcopus universitati fidelium eterne felicitatis bravium. Pie sollicitudinis officium exigit, ut saluti subditorum necessitate postulante consulamus et eorum bonas voluntates circa divinum cultum, ad diminutionem suorum periculorum estuantes modis omnibus promoveamus. Hinc est, quod homines de villis videlicet Scheme, Muhlen <sup>2)</sup>, Holthaus <sup>3)</sup> et omnibus his collegiis id est *burschap* <sup>4)</sup> attinentes a periculis et negligentis, quas in se et suis infirmis et parvulis ex remotione laborum se crebrius passos esse conquesti sunt, ab ecclesia Damme <sup>5)</sup> et omni eius obsequio, excepta synodo quam ibi solito more tenebunt, assensu pastoris Tietmari et sui vicarii Henrici libertavimus et eis in ecclesia Stenvelde, quam de suo patrimonio et eleemosynis construxerunt, singularem sacerdotem, baptismum, sepulturam libere concessimus. Statuimus etiam, ut quotiescunque novus sacerdos in prefata ecclesia sit instituendus, ille a predictis hominibus consensu pastoris matricis ecclesie electus et eidem pastori presentatus, ab ipso investiat. Huius igitur nostre auctoritatis ordinatio, ut apud nos et nostros successores rata permaneat, testibus subscriptis presentem cartulam sigilli nostri impressione munivimus, et ne quis temerario ausu infringere presumat, sub anathemate firmamus. Testes hii sunt: Joseph maioris ecclesie decanus, Adam, Tietmarus custos, Theodericus de Muhlen secretarius <sup>6)</sup>, Theodericus canonicus, Rudolfus capellanus, Dyonisius, Godescalcus de Mettungen <sup>7)</sup>, Henricus de Damme, Arnoldus minoris ecclesie prepositus, Constantinus decanus, Rotgerus scholasticus; laici: Henricus dapifer, Gerhardus pincerna, Gilbertus <sup>8)</sup> de Batlage, Rihere de Westerhusen, Everhardus de Byst, Rudolfus de Rustar, Albert de Cullago; beneficiati Iderhardus de Santbrinke, Hermannus Albg (*sic!*), Nicolaus de Munzebroek, Albertus de Scemme, Berteramus de Holthausen liberi; Sicho de Mülen, Yme de Mülen, Eberhardt de Haskampe et Unart <sup>9)</sup> de Starpendorff et alii quamplurimi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LXXXVII<sup>o</sup>, indictione quinta, regnante Romanorum imperatore Friderico semper augusto.

<sup>1)</sup> Das Copiar deutlich „Snar“. — <sup>2)</sup> Die beiden Möser'schen Abdrücke haben „Siememühlen“. — <sup>3)</sup> Schemde S., Mühlen und Holthausen N. von dem gleich erwähnten Steinfeld, das zwischen Vechta und Damme liegt im altmünster'schen Amt Vechta, das bis in die zweite Hälfte des 17. Jahrhunderts zur Diöcese Osnabrück gehörte. — <sup>4)</sup> Wir haben schon U.-B. III. 1636 auf die Identität von legio und collegium d. i. Bauerschaft aufmerksam gemacht; vgl. auch ib. S. 949. — <sup>5)</sup> So Möser; bei Kindlinger „dominio“. — <sup>6)</sup> So Kindlinger; Möser: Theod. de Muhlenseten, was mir nicht wahrscheinlich dünkt, da die Urkunde doch selbst auch den Ort Muhlen betrifft. — <sup>7)</sup> Diony. God. de Met. fehlen bei Möser. — <sup>8)</sup> Gilbertus bis Munzebroek fehlen bei Möser. — <sup>9)</sup> „Ewart“ Möser.



## 73.

\* Ein Repertor über das Archiv des Münster'schen Doms, ungefähr 1531 verfasst, Msc. II. 181. fol. 102. enthält folgende Notiz: Item litera foundationis super capella S. Nicasii in Honholte anno Domini MCLXXXVIII.

## 73a.

\* Bischof Hermann II. von Münster genehmigt, dass der Edle Bernhard von Lippe einen von ihm lehrwürdigen Zehnten dem Magdalenenhospitale zu Münster überträgt. 1189. — Abschr. im Copiar s. XV. des Hospitals im Besitze von Jul. Ficker S. 4.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hermannus Dei gratia Monasteriensis episcopus secundus universis Christi fidelibus presentibus et post futuris notum facimus quod vir nobilis et timorem Dei habens Bernardus de Lippia pro redimendis peccatis et in salutem anime sue decimam quandam in Northetten<sup>1)</sup>, quam idem a nobis in beneficio tenuerat, nobis in manus nostras spontanee resignavit, ea tamen premissa prece, ut eandem decimam, pauperibus in alimoniam, hospitali sancte Marie Magdalene infra civitatem Monasteriensem assignare vellemus. Nos itaque pie devocioni eiusdem Bernardi debitum favorem prestantes, ut salutaris operis participes inveniamur, iam dictam decimam pauperibus, infirmis et peregrinis in solatium eidem hospitali perpetuo deputamus, hoc factum nostrum, ut ratum et firmum subsistet, auctoritate apostolorum Petri et Pauli et nostro banno corroborantes. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LXXXVIII<sup>o</sup>, indictione VII, presidente Romane sedi domino Clemente papa III, regnante gloriosissimo Romanorum imperatore Frederico et simul regnante filio suo Henrico; presentibus viris honestis clericis et laicis, quorum nomina hec sunt: Bernardus maior prepositus, Hermannus sancti Mauricii prepositus, Albertus maioris ecclesie canonicus; layci: Bernardus de Lippia, Thidericus de Saltesberge, Bernardus Werenzo, Hermannus Monasteriensis, Conradus pincerna; hec sunt nomina eorum, qui debent decimam de Ripenhorst<sup>2)</sup>: Thidericus, Ernest, Bernart, Theso de Astenhem, Ezekim, Wezell, Gerhart, Walthart, Rothart de Bekehem, Rothart, Tammo, Bernart, Wynant.

## 74.

\* Reinher, Prior von Corvey, bekundet eine zwischen zwei Wachszinsigen des h. Vitus abgeschlossene Verpfändung. O. J. (1190—1198)<sup>3)</sup>. — Abschr. Msc. I. 134. S. 41.

Quoniam ea que aguntur in tempore in oblivionem veniant cum tempore, ego Reinherus prior et custos notum facio omnibus tam presentibus quam futuris fidelibus, quod tempore nostre custodie duo viri censuales beati Viti acceperunt in vadio cum nostro assensu, Heremannus videlicet et Ludvardus, a quodam Beldigko ministeriali beati Viti dimidium mansum pro septem fertonibus, ea conditione, ut ipsi duodecim annis vadimonium sub se habeant, in quo termino eciam, si Beldigkus argentum persolverit, tamen vadimonium decem annis stabit. Item si post decem annos nemo redemerit, tam diu stabit, quousque Beldigkus vel aliquis heredum suorum Hermanno et Ludvardo vel eorum heredibus memoratum

<sup>1)</sup> So buchstäblich der Text des Copiars, während die roth geschriebene Überschrift deutlich de decima in Northorne lautet; ist dies Letztere richtig, so wäre vielleicht an das bei Gütersloh gelegene Nordhorn zu denken, indem der Edle Hermann II. von Lippe im J. 1219 in Bezug auf dort gelegene Güter eine Urkunde des Abts von Liesborn besiegelte U.-B. III. 143. Preuss und Falkmann L. R. Nro. 153. Andererseits ist aus dem Jahre 1189 auch noch eine weitere Urkunde Bischof Hermann's über Zehnten in Thetten vorgefunden. Erhard R. 2240. C. 492. — <sup>2)</sup> Wo liegt im Münsterlande ein Ripenhorst? Das C. 310 genannte gehört wohl der Gr. Mark an. — <sup>3)</sup> Wo Reinher als Prior erwähnt wird. Erhard C. 511. 574. Im Jahre 1205 ist ihm in dieser Würde Conrad gefolgt. U.-B. IV. 18.

argentum persolverit. Ut autem hec actio inconvulsa permaneat et censuales beati Viti nullum dampnum sustineant, hanc presentem cartulam scribi et sigillo beati Viti fecimus roborari.

## 75.

\* Widekindus Dei gratia Corbegensis abbas, Walbertus de Amelungsburne, Hugoldus S. Michaelis in Hildensem abbates executores a domino papa delegati *bestätigen der heiligen Kreuzkirche zu Hildesheim das ihr vom verstorbenen Bischof Adelog am 23. August 1184 ertheilte Privileg: de peculia (sic!) servorum ecclesie S. Crucis decedentium, sive in territorio ecclesie sive in locis forensi iurisdictioni subditis habitaverint. O. J. (1190—1205 1)*. — *Original im diplomatischen Apparat der Universität Göttingen U. 71.*

## 76.

*Der Convent der Hochstiftskirche zu Herford tauscht mit der Ministerialin Christina Eigenbehörige aus. 1191 August 13. — Abschr. sæc. XIII. Msc. VII. 3321a. S. 2 u. 3; gedr. U.-B. IV. S. 50 not.*

## 77.

\* *Bischof Bernhard II. von Paderborn überträgt dem Kloster Abdinghof das Obereigenthum des von den bischöflichen Vasallen angekauften Hofes zu Laar, und stiftet gleichzeitig durch Überlassung des damit verbundenen Zehnten seine Memorie daselbst. 1191. — Or. im diplomatischen Apparat der Universitäts-Bibliothek zu Göttingen Nro. 73. Regest Msc. I. 242a. S. 15. Nro. 5; Auszug bei Schaten ad ann.; danach registirt Erhard R. 2273.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego secundus Bernhardus Dei gracia Patherburnensis ecclesie episcopus notum facio universis fidelibus tam presentibus quam futuris, quod dominus Herimannus de Osdagessen <sup>2)</sup> et duo filii eius videlicet Ludoldus et Herimannus ecclesie nostre ministeriales curiam quandam que Lare <sup>3)</sup> dicitur iure proprietatis possederunt, quam nostra permissione et auctoritate cum omnibus attinentibus, excepta decima de eadem curia et decima de molendino quod super agros <sup>4)</sup> eiusdem curie positum est proveniente, domino Heinrico venerabili abbati apostolorum Petri et Pauli in Patherburne pro centum et triginta marcis vendiderunt. Decimam vero predictę curie et molendini de manu nostra in beneficio tenentes nobis resignaverunt, quam cum omni utilitate inde proveniente predicti abbatis contulimus monasterio, ut fratres ibidem Deo deservientes memoriam nostri annua devotione recolentes piis apud Dominum pro nobis precibus intercedant. Cupientes itaque cum debita sollicitudine eidem monasterio in posterum providere statuimus, ut ad nullius inde veniatur advocacitum <sup>5)</sup> nisi Patherburnensis episcopi, ut omnes eciam eiusdem curie et decime redditus ad communes usus proveniant fratrum Deo ibi famulancium. Statuimus eciam, ut qui memoratam excolat curiam, annuatim quatuor solidos pro omni utilitate de predicta decima proveniente, sicuti tempore prefati H(erimanni) et filiorum suorum L(udoldi) et H(erimanni) solvebatur, solvat et nichil amplius, quos idem H(erimannus) et predicti filii eius de manu abbatis prefati monasterii beneficali iure susceperunt. Sub excommunicationis eciam sententia interdiximus, ne aliquis successorum predicti abbatis curiam prenominatam ex aliqua parte a

<sup>1)</sup> Nach Massgabe des Todes Bischofs Adelog von Hildesheim und Abts Wedekind von Corvey. — <sup>2)</sup> Wir haben bisher noch nicht ermitteln können, wo dieser auch Asdagessen benannte Ort zu suchen ist. Die im Index zu Erhard S. 71 gesammelten Stellen weisen das betreffende Geschlecht nur in Paderborner Urkunden auf. — <sup>3)</sup> Laar zwischen Herford und Jöllenbeck. Vgl. das Lehnregister von Abdinghof s. XIV. Msc. VII. 136 f. 7: Alradus de Buscho curiam in Jolenbeke et cum quibusdam bonis pertinentibus ad curiam in Lare. Auch die Urkunde selbst erwähnt Jöllenbeck. — <sup>4)</sup> Hiernach dürfte man wohl nur an eine Windmühle denken können. — <sup>5)</sup> So die Urkunde, wohl für advocacitium, wie oben Nro. 40, das ist advocati placitum.

communi fratrum usu valeat alienare. Ut autem hec de prefatis bonis ordinatio in perpetuum maneat inconvulsa, et ut transeat ad noticiam posteriorum quod in precedentibus temporibus constat fuisse tractatum, hanc paginam conscribi fecimus et sigilli nostri inpressione signari, quam si quis attemptaverit infringere, sciat se omnipotentis Dei offensam incurrere et in sententiam excommunicationis incidere. Numerus autem mansorum ad prefatam curiam pertinencium hic est. Duo mansi in eadem villa; Berdlinchusen <sup>1)</sup> duo mansi; Wilsenthorp <sup>2)</sup> unus mansus; Baricholthe <sup>3)</sup> unus mansus; Julinbike unus mansus; in Ufle <sup>4)</sup> area et mansus; molendinum in Bredenbike. Nomina testium, qui huic aderant constitutioni, hec sunt: Altmannus Patherburnensis ecclesie maior prepositus, Folbertus decanus, Godescalcus Nortunensis <sup>5)</sup> prepositus, Bernhardus apostolorum Petri et Andree prepositus, Meinricus, Ludewicus, Godefridus, Alexander, Heinricus scolasticus, Lambertus celerarius, Hugo, Thyedoricus custos, Thyedoricus, Conradus, Vulferamus, Herimannus, Herimannus, Johannes, Folquinus; laici: Widekinus de Osethe, Sigebodo et eius frater Werno de Dweregen <sup>6)</sup>, Amelungus comes, Arnoldus de Thedehem; ministeriales: Hildeboldus, Folquinus, Tymo et Conradus fratres, Conradus de Bilinchusen et frater eius Bertoldus, Helmwicus Grubo, Bertoldus de Asle, Folbertus de Eisne, Wescelinus de Helmere et eius frater Helmwicus, Ameluncus de Nedere, Godefridus, Cono villicus, Witheroldus pincerna et eius filius Herimannus, Godescalcus de Rotwardesen, Ekehardus de Wellethe, Herimannus comes. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini L<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LXXXI<sup>o</sup>, indictione VIII, anno ordinationis nostre III<sup>o</sup>.

Auf dem unteren leeren Raume ist rechts das wohlerhaltene Siegel aufgedruckt mit der Umschrift: BERNHARDUS DI GRA PATHERBURNENSIS ECCLE EPS 7).

## 78.

\* *Bischof Bernhard II. von Paderborn bekundet, dass die Äbtissin Sophia von Bodeken durch Anerbieten eines Schwurs zur siebenten Hand einen Laien gezwungen habe, auf seine Ansprüche an Güter ihres Klosters zu verzichten. 1191. — Abschr. Msc. VII. 209. II.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Bernhardus secundus Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus. Notum facio universis in Christo fidelibus tam futuris quam presentibus, quod Egilmarus villicus in Aldenbodeken <sup>8)</sup> multotiens in presencia nostra querimoniam deposuit contra Rychardum de Delik <sup>9)</sup>, quoniam violenter et iniuste mansum quendam villicacioni sue pertinentem detinere contenderet. Igitur cum idem E(gilmarus) causam suam multo executus esset tempore, domina Sophia venerabilis abbatissa collegii in Bodeken cum universo capitulo ecclesie sue presenciam suam in pleno sinodo nobis exhibuit presente R(ychardo) de Delik, exhibens se paratam, ut dabat sententia, tactis sacrosanctis ewangeliiis affirmare septima manu, quod eiusdem mansi prior fuit in possessione; deinde tercia manu, quod proprietas iure sue pertineret ecclesie et custodie prefate villicacionis. Predictus vero R(ychardus) iure suo diffidens domine abbatisse et eius testium iramentum non admittens, mansum super quo causa agebatur ecclesie in Bodeke et predictae villicacioni recognovit. Ad decisionem vero huius cause prefatus Egilmarus cum duobus testibus Henrico parvo videlicet de Adene et Reynwerco domine abbatisse dapifero, tactis sacrosanctis reliquiis, in presencia nostra presente prefato Rychardo obtinuit pomerium piscinam et aream tunc pertinentem et agros, que omnia ad annuam pensionem sex solidos solvere pos-

<sup>1)</sup> Ob Berghausen bei Borgholzhausen im Kr. Halle? — <sup>2)</sup> Vilsendorf, Kspl. Schildesche Kr. Bielefeld. SO. von Jöllenbeck. — <sup>3)</sup> Bargholz NW. von Jöllenbeck Kr. Bielefeld. — <sup>4)</sup> Salzuflen im Fr. Lippe O. von Laar. — <sup>5)</sup> Nörten an der Leine zwischen Göttingen und Nordheim. Vgl. U.-B. IV. 192. — <sup>6)</sup> Zwergen NW. von Cassel, vgl. meine berichtigende Note zu U. B. IV. 289a S. 189 Not. 7. — <sup>7)</sup> Cfr. Erhard C. 484. 487. — <sup>8)</sup> Altenbodeken zwischen Bodeken und Wünneberg. — <sup>9)</sup> So die Moyer'sche Abschrift der Copie in von Spilcker's Msc. Es ist sehr fraglich ob das Copiarium Bodicense, dem Letzterer sie entnommen, so wirklich aufgewiesen habe. Ist vielleicht Delewic = Dalawik zu lesen? dann hätten wir hier einen Stammherrn des Geschlechts von Dalwich.

sint. Eadem bona predictus R(ychardus) et pueri sui de manu eius debent tenere sub tali expressa distinctione, ut qui eadem possideat bona, ei, qui villicacionem in Aldenbodeke tenet, annuatim quatuor solidos in cathedra Petri persolvat. Quod si neglexerit, iure litonis familie componat, si vero compositionem non persolverit, omni occasione remota predictis careat bonis et sine executione cause excommunicationis sententia feriat. Verum ut hec nostra ordinacio rata et inconvulsa perpetuis maneat temporibus et ne aliquis qui hec bona hereditario iure possessurus est, aliquo modo presumat dissolvere hanc paginam, conscribi feci et sigilli mei impressione muniri. Domina quoque Sophia abbatissa in Budeken una nobiscum prescripte cause ordinacionem sigilli sui impressione fecit roborari. Testes huius rei sunt: Altmannus Patherburnensis ecclesie maior prepositus, Folbertus decanus, Henricus scholasticus, Lambertus celerarius, Cono, Ludigerus, Hermannus, Bertoldus; layci: Rotgerus, Wygandus, Henricus pincerna, Basilius. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.XCI<sup>o</sup>, indictione VIII, anno ordinacionis nostre tercio.

## 79.

† Papst Cölestin III. bestätigt dem Propste und den Canonikern der kleineren Kirche zu Paderborn (Busdorf) ein derselben vom Propste Bernhard geschenktes Gut, das Nachjahr, sowie die freie Wahl des Propstes und die Theilnahme an der Bischofswahl. 1192 Mai 30. Rom. — Or. Stift Busdorf U. 7; Abschr. Msc.

I. 121. f. 3<sup>l</sup>. und I. 123. f. 4; gedr. Schaten ad ann.; Erhard R. 2280; Jaffé Nro. 10379 <sup>1)</sup>.

Celestinus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis B(ernhardo) preposito et canonicis minoris in Patherburn ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Pii filiorum votis condescendere et facilem assensum prebere nos condecet, ut tanto sint nobis et ecclesie Romanę devotiores, quanto se noverint plenius exauditos. Ea propter, dilecti filii canonici minoris ecclesie in Patherburn, postulationibus vestris aures faciles accommodantes vobis et successoribus vestris in perpetuum confirmamus predium videlicet in Heingeldere <sup>2)</sup>, quod B(ernhardus) pius ecclesie vestre prepositus expeditum a manibus laicorum assignavit in communes usus fratrum, nec non et institutionem, quam idem prepositus ex consensu fratrum inter vos instituit, videlicet ut quilibet inter vos decedens frater a die decessionis sue usque ad annum stipendium suum habeat ad expendendum aliquid in causas pietatis vel ad expediendum se, si forte obligatus sit debitis; similiter et prepositi vestri quam habuistis usque in hec tempora liberam electionem, nec non et electionem episcopi vestri, quam cum canonicis maioris apud vos ecclesie celebrare consuevistis; preterea simul et annuas quas cum eisdem canonicis a retro actis temporibus habetis refectiones, firmiter vobis confirmantes apostolica auctoritate inviolabiliter observari precipimus. Si quis igitur contra hanc nostrę confirmationis paginam ausu temerario venire temptaverit, sciat se Dei omnipotentis indignationem et apostolorum eius Petri et Pauli indubitanter incurrere.

Data Rome apud sanctum Petrum III<sup>o</sup> Kalendas Junii pontificatus nostri anno secundo.

Die Bulle Cölestin's III. hängt an ursprünglich rothen und gelben, jetzt verblassten seidenen Fäden.

## E x c u r s.

Die Urkunde giebt sich durch Pergament und Schrift sofort als eine Fälschung zu erkennen. Das Pergament zeugt von deutscher Arbeit, ist glatt und hat keineswegs die calcinirte Oberfläche, welche bei den meisten Papsturkunden dieser Zeit angetroffen wird und die so häufig, wie noch bei der Urkunde desselben Papstes für Paderborn, U. 85. vom 19. Juli 1197, unten Nro. 83, die Schrift unwiederbringlich vernichtet hat. Man braucht nur die besser erhaltene Bulle Cölestins III. vom 29. April 1195, U. 84. des Fr. Paderborn, unten Nro. 80, mit diesem Diplome vom 30. Mai 1192 zusammenzuhalten, um in dieser Beziehung sofort die

<sup>1)</sup> Die sämmtlich keinen Zweifel an der Ächtheit dieses Documents gehabt haben. — <sup>2)</sup> Henglarn im Kr. Büren.

Unächtheit des letzteren zu erkennen. Noch schlagender wird bei einer solchen Vergleichung aber auch dessen Schrift sich als ein Falsum darstellen. Sie hat nicht die entfernteste Ähnlichkeit mit der der ächten Bulle, weist sich vielmehr deutlich als ein Product einer deutschen Kanzlei aus dem Beginne des 13. Jahrhunderts aus, wobei insbesondere zu erwähnen ist, dass der Name des Papstes mit verlängerten Buchstaben geschrieben wird.

Der Inhalt legt aber auch auf's Klarste die Veranlassung, die Zeit und den Urheber der Fälschung dar. Ich habe im Westf. U.-B. IV. unter Nro. 114. 115. 124. 125. 127. 137. verschiedene Urkunden publicirt in Betreff der nach dem am 28. März 1223 erfolgten Tode Bischof Bernhard's III. in Paderborn eintretenden zwiespältigen Bischofswahl. Gegen den streng päpstlich gesinnten Oliver hatten die Gegner es zu einer einigermaßen erheblichen Minorität nur dadurch bringen können, dass sowohl der Abt von Abdinghof als auch die einzelnen Mitglieder des Busdorfer Capitels behaupteten, ein Recht zur Theilnahme an der Bischofswahl zu haben und in der That sich daran betheiligten. Es war unter solchen Umständen nicht zu verwundern, dass die Wahl auf den Busdorfer Propst Heinrich von Brakel fiel. Diese Wahl, unter dem Druck der Ritterschaft<sup>1)</sup>, insbesondere der Familie von Brakel (l. c. 115.) vollzogen, wurde, trotzdem nur 5 Domherrn sich für Heinrich erklärt hatten, dennoch vom Erzbischof von Mainz Siegfried II. von Eppstein anerkannt, ebenso wie auch König Heinrich (VII.) ihm die Regalien ertheilte, so dass Propst Heinrich sich in den Besitz der Temporalien setzen konnte<sup>2)</sup>. Natürlich protestirte die Majorität beim Papste und schon am 27. Juli 1223 ernannte Honorius III. eine Commission zur Untersuchung dieser Sache, der er zwei Tage später eine andere substituirt (l. c. 115). Diese Letztere operirte mit grossem Erfolge. Am 15. März 1224 gab Abt Albert von Abdinghof die Erklärung ab, dass er nie ein Recht zur Wahl des Paderborner Bischofs gehabt, welche der Prior und das Capitel desselben Klosters dahin erweiterten, dass auch seinen Vorgängern, den früheren Äbten von Abdinghof, dies Recht nie beigezogen habe. Verwickelter war die Frage in Bezug auf das Stift Busdorf. Während von Abdinghof nur die Äbte an der Wahl Theil nehmen sollten, erhoben sämmtliche Mitglieder des Busdorfer Convents den ungeheuerlichen<sup>3)</sup> Anspruch auf denselben Vorzug. Man muss in der That geglaubt haben, dass diese ein solches Wahlrecht de iure besäßen; dies geht aus dem gleichzeitigen Vermerk auf der Rückseite der U.-B. IV. 114. publicirten Urkunde hervor: Et hoc est tacitum in littera (der Bulle Honorius III. vom 27. Juli 1223) quod orientales (die canonici der ecclesia orientalis d. i. Busdorf) interesse debuerunt. Diese hatten also ein urkundlich bekundetes Recht in Anspruch genommen, ohne Zweifel auf Grund eben unserer vom Propst Heinrich erfundenen und fabricirten Urkunde Cölestins III. Indessen fand diese 1223 und 1224, vor den Päpstlichen Richtern keine Gnade. In einer undatirten Urkunde (U.-B. IV. 124.) sprechen sie dem Busdorfer Capitel das Recht ab, an der Wahl des Bischofs Theil zu nehmen, welchem Entschaid sich das Capitel durch Erklärung vom 15. April 1224 unterwarf (ib. 124). Wenn die päpstlichen Richter sagen, das Capitel sei nie in possessione vel quasipossessione dieses Rechts gewesen, und ihm das ius possessionis vel quasipossessionis absprechen, so haben sie beim letzteren Ausdruck wohl den durch Production der falschen Bulle begründeten Anspruch im Auge. Ein anderes Moment in dieser Fälschung bildet auch der Umstand, dass der Papst hier Busdorf nicht, wie sonst gewöhnlich, als ecclesia SS. Petri et Andreæ, sondern als ecclesia in Patherburn minor bezeichnet, gleichsam als die zweite kleinere Domkirche. Doch ist mir der Ausdruck ecclesia minor, mit Ausnahme von Nro. 84, sonst nicht vorgekommen.

Das Wunderbare bei dieser Fälschung ist aber die dem äussern Anscheine nach ächte Bleibulle. Unser Staatsarchiv besitzt leider von Originalen Cölestins III. nur die zwei vorerwähnten Exemplare. Davon ist das von 1197 ganz zerstört und hat die Bulle verloren. Die Bulla an dem Original von 1195 ist aber wohl erhalten, nur ist sie nicht wie diese mit seidenen Fäden, sondern mit einem einfachen Bindfaden befestigt. Ausserdem ist ihr Stempel keineswegs identisch mit dem von 1192. Meines Erachtens hat der Fälscher zu

<sup>1)</sup> U.-B. IV. 123. sagt der Abt von Abdinghof: er sei zur Wahl inducirt worden: malis persuasionibus et clamoribus quorundam laicorum. — <sup>2)</sup> U.-B. IV. 114 und Note. — <sup>3)</sup> Es ist wohl kein Beispiel vorhanden, dass neben den Domherrn auch sämmtliche Mitglieder einer anderen Collegiatkirche das Recht gehabt hätten, an der Wahl des Bischofs Theil zu nehmen; ebenso unerhört scheint mir aber auch eine päpstliche Bestätigung dieses Rechts zu sein.

seiner Bulle nach einem ächten Original einen Stempel schneiden lassen, der zwar im Ganzen beide Seiten des ächten gut wiedergibt, aber doch in den Buchstaben des Namens Celestinus erhebliche Abweichungen hat. So weist das N noch einen Querstrich auf, der in der ächten Bulle sich nicht findet. Auch ist der punktirte Kreis in der ächten mehr rund, in der falschen mehr oval, welche Letztere auch viel gröbere Punkte hat.

## 80.

\* Papst Cölestin III. beauftragt die namentlich nicht aufgeführten Äbte von Walkenrethe, Luttere und Marienfeld Commissare zur Entscheidung des Streites zwischen dem Bischof Bernhard II. von Paderborn und dem Abte von Helmershausen zu ernennen. 1195 April 29. Lateran. — Or. Fr. Paderborn U. 84. Nicht bei Erhard und Jaffé<sup>1)</sup>.

## 81.

1195 October 7. Würzburg. Bischof Hermann von Münster Zeuge der Urkunde Kaiser Heinrichs VI. für die Propstei Reichersberg. — Stumpf 4964.

## 82.

\* Papst Cölestin III. bestätigt dem Abte Hermann von Scheda die Privilegien, Güter und Renten, so wie die Einkünfte seines Klosters aus den Salinen zu Werl. (1196)<sup>2)</sup>. — Hier nach den in Processacten des Klosters Scheda, U. Nro. 605. fol. 143, mitgetheilten Auszügen.

Celestinus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Hermann<sup>3)</sup> abbati monasterii sanctæ Mariæ et sancti Petri in Scheide eiusque fratribus tam præsentibus quam futuris salutem et apostolicam benedictionem. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eas a proposito revocet aut robur quod absit sacræ religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus et præfatum monasterium s. Mariæ et s. Petri sub nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus qui secundum divi et beati Augustini regulam atque institutionem Præmonstratensium fratrum in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum iuste et canonice possidet et in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illabata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, quem videlicet locum nobilis mulier Wildrudis et filius eius Ratharius<sup>4)</sup>, ut ibi monasterium ipsum construeretur, eo obtulerunt, curtim quæ dicitur Bivernia<sup>5)</sup>, curtim quæ nominatur Bovenckhusen<sup>6)</sup> . . . . . reditus salis et denariorum, quos

<sup>1)</sup> Da aus dieser sehr zerstörten Urkunde hervorgeht, dass der Papst darin vorschlägt, dem H. decano et S. scolastico S. Cuniberti diesen Auftrag zu ertheilen und hierbei auch den Cardinalbischof von Sabina, Erzbischof Conrad von Mainz erwähnt, so ist es klar, dass wir in dem U.-B. IV. S. 24. not. zu U. 31 gedruckten Rundschreiben jener beiden Geistlichen von S. Cunibert das Resultat dieses Auftrags sehen dürfen. — <sup>2)</sup> Dies Jahr nach den Citaten von Steinen aus dieser Urkunde in seiner Beschreibung von Cappenberg und Scheda S. 41. — <sup>3)</sup> Der durch seine Conversion vom Judenthum bekannt ist. Vgl. bei von Steinen l. c. S. 91. sq. die von Hermann darüber verfasste Schrift. — <sup>4)</sup> Diese Stelle ist wichtig, weil von Steinen l. c. 41 ihn Eathard nennt, was doch auch Seibertz Dynasten S. 299 noch gelten lässt; während die von Gelen benutzten Fasti Agripinenses ihn direct als venerabilis Rathardus de Ardeia fundator Scheidani monasterii bezeichnen. Seib. l. c. Vgl. auch unsere Bemerkungen zu Nro. 60. über den Stifter von Scheda. — <sup>5)</sup> Lag nach dem Copiar Msc. VII. 6116 fol. 83' im Kspl. Menden. — <sup>6)</sup> Den Hof zu Bobinchusen tauschte das Kloster 1379 gegen ein anderes Gut mit Bernd von der Bure aus; doch liess sich aus der Urkunde die Lage des Orts nicht feststellen.

habetis in Werle <sup>1)</sup>, et agros, quos habetis in Schedelico <sup>2)</sup>. Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de ortis et virgultis et piscationibus vestris vel de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat.

## 83.

\* *Papst Cælestin III. befiehlt der Paderborner Kirche die verpfändeten Kirchenornamente wieder einzulösen.* Datum Laterani XIV. Kalendas Augusti pontificatus nostri anno septimo. (1197 Juli 19 <sup>3)</sup>). — *Or. Frsth. Paderborn U. 85. Die Bleibulle fehlt <sup>4)</sup>.*

## 84.

*Bischof Bernhard II. von Paderborn bestätigt den Vergleich zwischen der Äbtissin Sophia von Neuenheerse und den Gebrüdern von Erklen, wodurch diese gegen Gewährung von Lehen und gegen Zahlung von 14 Mark Silber auf den Besitz des Klosteramts Altenheerse verzichten. 1200. — Or. Stift Neuenheerse U. 13; gedr. Wigand Archiv V. 333; Erhard R. 2438.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernhardus secundus Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus <sup>4)</sup>. Quoniam humane memorie inbecillitas temporum vetustate plerumque fallitur, ut tam ea, que honesta prudensque ordinavit institutio, quam ea, quorum indigna sive infructuosa foret mentio, cognitioni subtrahantur, cautum consuetumque, immo perutile est, facta rationabilia scriptis commendari, ut oblivione obtenebrata litterarum inspectione recolantur. Sic nos sinistro occurrere studentes eventui, ad presentium et posterorum cupimus transmitti noticiam, quod venerabilis domina Sophia, Hersensis ecclesie abbatisa, communicato ecclesie sue consilio a Heinrico et Thegenhardo fratribus de Erclen <sup>5)</sup> et ipsorum heredibus villicationem curie in Aldenherze, que eorundem fratrum ex parte ecclesie fuerat, in liberos usus ecclesie sue reduxit, eosdem fratres octo mansi in villa Eilredessen <sup>6)</sup> sitis inbeneficians et insuper quattuordecim marcas eis erogans argenti examinati in predicte villicationis reconpensationem. Advocatus etiam Hersensis ecclesie prenominatorum bonorum in Eilredessen advocatiam inductus ab ecclesia nobis resignavit, quam abbatisse concessimus. Hoc igitur, nequa postmodum violare sive rescindere presumat temeritas, scripto nostro autorizamus et sigilli nostri appositione scripto fidem facimus. Acta sunt hec in presentia venerabilis domini Widekindi <sup>7)</sup> Corbeiensis abbatis et coram testibus adnotatis: domino Volberto <sup>7)</sup> decano maioris ecclesie in Paderborn, Lamberto cellerario, Olivero scolastico, Heinrico camerario; Bernhardo <sup>8)</sup> minoris ecclesie preposito; Hersensibus sacerdotibus: Bernhardo, Arnaldo, Wicperto, Hermann; ecclesie Hersensis advocato Bertoldo, Wernhero de Brakel, Alberone, Olrico, Olrico, Bruningo, Conone, Heriberto, aliis quampluribus. Anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>, indictione III, anno pontificatus nostri XII.

Das Siegel ist abgefallen.

<sup>1)</sup> Es ist dies die älteste Erwähnung der Salinen zu Werl; bei Seibertz U.-B. I. 118. wird derselben zuerst zum Jahre 1203 gedacht. — <sup>2)</sup> Wird im Copiar l. c. fol. 28 wohl noch erwähnt, lässt sich aber jetzt nicht mehr constatiren. — <sup>3)</sup> Mit Ausnahme der letzten Zeile ist die Schrift ganz erloschen oder in Folge der Calcinirung des Pergaments abgesprungen. Den Inhalt habe ich nach einem Vermerke auf der Rückseite angegeben. — <sup>4)</sup> Bis hierher verlängerte Schrift. — <sup>5)</sup> Erkeln SO. von Brakel. — <sup>6)</sup> Auf der Rückseite von späterer Hand: 8 mansi Zyhoff. Doch kann ich weder den einen noch den andern Namen constatiren. — <sup>7)</sup> Die Namen Widikindi und Volberti sind von derselben Hand über die ursprünglich nur gesetzten W. und V. übergeschrieben. — <sup>8)</sup> erscheint als Propst von Busdorf seit dem Jahre 1177. Den Namen ecclesia minor für Busdorf im Gegensatz zur ecclesia maior, erinnere ich mich nicht, mit Ausnahme der falschen Urkunde Nro. 79, sonst gefunden zu haben.

## 85.

\* Die Gerdener Priorin Beatrix schenkt die seit dem Tode ihres Gemahls Werno <sup>1)</sup> erledigten Güter dem Kleideramt ihres Klosters. 1200. — Abschrift aus dem Nekrolog von Gerden in der Gymnasialbibliothek zu Paderborn.

Ego Beatrix priorissa in Gerdene utilitati tam presentium quam futurarum in hoc loco Dei ancillarum salubriter consulere desiderans, ex decreto universitatis nostri capituli instituendum commonui tandemque optinui, ut ex redditibus camere nostre, quos ad hoc salva pacis tranquillitate sufficere non dubitamus, singulis annis viginti <sup>2)</sup> partes vestimentorum sive in pelliciis sive in pellibus dominabus nostris amministrentur. Huius autem donationis curam camerario nostro assignari decrevimus, ita dumtaxat, ut in omni dispensatione rerum predicto officio attinentium camerariam nostram consciam suis consiliis assumat. Uni ne cuiquam incognitum fortassis habeatur, unde vel a quibus hos redditus ecclesia nostra possideat, tenaci memorie tam presentis etatis quam future posteritatis per hanc cartulam imprimendum censuimus, quod ego supradicta Beatrix cum dilecto meo Wernone, utpote maritali thoro michi copulato, intuitu divine retributionis seculo renuntians, hec predia cum suis redditibus Domino Deo et sancte Marie condonavi, videlicet: curiam in Berninghosen, que quatuor maltra solvit de siligine et octo maltra de avena. Curia in Rinxtikhosen IIII maltra siliginis et octo maltra de avena. Curia in Brach IV maltra siliginis et octo maltra avene. Domus Bist quinque maltra et dimidium siliginis et dimidium avene. Thedessen quinque maldra dimidium siliginis et dimidium avene. Brach de dote duo maltra et octo modios siliginis. Berninghosen sex nummos. Rinxtikhosen sex, Thedessen sex, Brach de curia sex, Bist sex, Lutwardessen VI solidos. Berninghosen IIII, Rinxtikhosen tres porcos, ita valentes ut priores quatuor. Duos porcos Thedessen unum optimum et unum mediocrem. Brach de dote unum porcum, ad ipsam curiam quatuor. Bist duos porcos. Berninghosen duo plaustra lini, Rinxtinghosen duo, Thedessen duo, Brach ad curiam duo, ad dotem unum, Bist duo. De his redditibus a die obitus dicti domini Wernonis usque ad presens tempus tam fratres quam sorores qualemcunque vestimentorum partiunculam singulis annis perceperunt. Verum huius tam solempnis donationis institutio inchoata est anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>, quo anno iste domine suas portiones vestium acceperunt. (*Das Folgende von einer spätern Hand.*) Curia Berninchosen dabit IIII maltra siliginis, VIII maltra avene, IIII porcos III solidos valentes, et cum glandes fuerint, tunc idem porci pro IIII solidis computabuntur, sex denarios pro ovelei <sup>3)</sup>, IIII plaustra lini; mansi de eadem curia VI solidos unum porcum et unum plaustrum lini. Curia in Renxtinchosen IV maltra siliginis, VIII maltra avene, tres porcos quemlibet porcum novem denarios valentem, VI denarios pro ovelei, IV plaustra lini. Curia Brac IIII molt siliginis, VIII maltra avene, IIII porcos tres solidos valentes, VI denarios pro ovelei, IIII plaustra lini. Mansi de curia in Brac VI solidos, unum porcum, unum plaustrum lini. Curia in Thedessen XXX modios siliginis et tantum avene, II porcos, VI denarios pro ovelei, II plaustra lini. Bona in Bist XXX modios siliginis et tantum avene XXX denarios. Lutherdessen sex solidos. Wimelinctorp unam marcam. In Gerdene allodium IIII solidos pro lino. Curia prope silvam Zidessen IIII solidos pro lino. Curia ibidem prope pontem IIII solidos pro lino. Curia Hampenhosen IIII solidos pro lino. Bona in Corbike terciam partem dabunt IIII solidos pro porcis IIII pullos, IIII uncias ovorum. Bona in Echosen, que pertinent camere, terciam partem IIII porcos quatuor pullos IIII uncias ovorum. Curia Valehosen quartam partem IIII porcos quatuor pullos IIII uncias ovorum et decimam per totam . . . . .

<sup>1)</sup> Werno war ein Sohn des Edlen Heinrich von Gerden, des Stifters des Klosters Gerden, vgl. Erhard C. 242. Diese Urkunde erweist nun, dass auch Werno und seine Gemahlin Beatrix, die wohl in kinderloser Ehe lebten, in das Kloster Gerden getreten sind und ihm ihre Erbgüter geschenkt haben. — <sup>2)</sup> Heisst dies ein Zwanzigstel der Kosten? — <sup>3)</sup> So viel wie oblegium, Abgabe.



## 86.

*Revers des päplichen Legaten Guido von Præneste, dass die von dem Paderborner Bischof Bernhard II. im Kloster Corvey vollzogene Consecration des Bischofs (Hartbert) von Hildesheim auf seinen Befehl erfolgt sei, und den Privilegien des Klosters Corvey nicht präjudiciren solle<sup>1)</sup>. (1201 August 23.<sup>2)</sup>). — Abschrift s. XIII. in Msc. I. 132. S. 60.*

Guido Dei miseratione Prenestinus episcopus apostolicę sedis legatus omnibus ad quas littere presentes pervenerint in Domino salutem. Notum fieri volumus, quod consecratio venerabilis fratris nostri Hildenesheimensis, quę in Corbeiensi monasterio facta est a dilecto fratre nostro episcopo Patherbornensi, nostra est facta auctoritate et iussione. Unde nolumus, ut inde temporibus futuris aliquod preiudicium predicto monasterio generetur. (Datum Corbeie anno dominice incarnationis 1201. Indictione IV, 10. Kal. Septembris<sup>2)</sup>).

## 87.

\* *Die Äbte von Hardehausen und Loccum bezeugen dem Bischof Hartbert von Hildesheim in Betreff des von ihm beanspruchten Zehnten zu Stapelage, in welcher Weise derselbe dem Kloster Marienfeld übertragen worden sei<sup>3)</sup>. O. J. (1201—1216)<sup>4)</sup>. — Abschr. Msc. I. 106. f. 119.*

Frater N(icolaus) Hersvithehusensis et frater F. Lucensis dicti abbates domino H(artberto) de Hildeneshem tam devotas quam debitas orationes. Controversiam, que vertitur inter vos et fratres de Campo sancte Marie super decima de Stapelage, dixistis sepenumero nostro testimonio posse terminari; eius enim contractui interfuimus et a veritate deflecti non debemus. Testamur ergo bona fide et conscientia propter pacis caritatisque custodiam, quod predicta decima attineat fratribus Campi sancte Marie iure perpetuo pro canone VI solidorum gravis monete. Quod factum est hoc ordine: Eppo qui agnominatus est Mors tenuit predictam decimam pro castrensi beneficio et resignavit eam domino suo Widekindo de Waldeke. Ille item resignavit eam comiti Her(manno)<sup>5)</sup>, comes Her(mannus) domino Patherburnensi episcopo, qui assignavit eam predictę ecclesie pro determinato canone.

<sup>1)</sup> Winkelmann: Philipp von Schwaben und Otto IV. I. S. 228. not. 1. hat Unrecht, wenn er die Tendenz dieses Reverses dahin auffasst, dass die durch den Paderborner Bischof vollzogene Weihe den Rechten der Mainzer Kirche nicht Abbruch thun solle. Vielmehr erweisen die Worte des Legaten: nolumus, ut . . . aliquod preiudicium predicto monasterio generetur deutlich, dass es sich hier um den uralten Streit zwischen Paderborn und Corvey wegen der geistlichen Gerichtsbarkeit handelte, und dass Letzteres sich nur gegen die Consequenzen sichern wollte, welche Paderborn aus der von Bernhard II. im Corveyschen Gebiete vorgenommenen Bischofsweihe für die Folge hätte ziehen können. — <sup>2)</sup> Das eingeklammerte Datum befindet sich nicht in unserer fast gleichzeitigen Abschrift. Ich habe es vielmehr nur aus dem Abdruck dieser Urkunde bei O. Abel König Philipp S. 279 entnommen. Da derselbe aber nur aus einer Abschrift her stammt, die Floss nach den Papieren Falke's zu Wolfenbüttel (Falke Collectio II. 3.) gemacht hat, so glaube ich nicht, dass die Quelle, welche Falke vorgelegen, das Datum wirklich so enthalten hat, wie er es giebt. Das Or. ist im Corvey'schen Archive nicht mehr vorhanden, war es auch schwerlich noch zu Falke's Zeit. Vielmehr hat er aller Wahrscheinlichkeit nach nur unsere Quelle besessen und dieser dann aus seiner Eigenheit das genannte Datum hinzugefügt. Ähnlich verfuhr er auch bei einer undatirten Urkunde aus den Jahren 1205—1216, indem er derselben das Jahr 1209 hinzufügte, wie ich dies U.-B. IV. Nro. 18 näher erwiesen habe. Dass er bei seiner grossen Gelehrsamkeit der vorliegenden Urkunde ein den wirklichen Verhältnissen entsprechendes Datum hat geben können, ist um so weniger zu verwundern, als auch Böhmer, der dies Document nicht kannte, doch ebenfalls Reg. Imperii 1198—1254 S. 365. Nro. 13. nach dem Berichte des Legaten annimmt, dass die Corveyer Versammlung „etwa zu Anfang des August“ abgehalten worden sei. — <sup>3)</sup> Ganz in Übereinstimmung mit der Urkunde Erhard C. 484. Vgl. Preuss und Falkmann Nro. 110, denen auch wie mir von diesen Hildesheim'schen Ansprüchen Nichts bekannt ist. — <sup>4)</sup> Nach dem Consecrations- und dem Todesjahr Bischof Hartbert's. Das Todesjahr des Abts Nicolaus von Hardehausen, der bei Erhard nach dem Index S. 69. zwischen den Jahren 1186 und 1200 erscheint, konnte ich nicht feststellen. — <sup>5)</sup> von Ravensberg.

## 88.

*Papst Innocenz III. schreibt an den Bischof (Bernhard III.) von Paderborn über das gegen den Pfalzgrafen Heinrich wegen dessen Belästigungen der Bremischen Kirche zu beobachtende Verfahren. 1204 April 5. Lateran. — So das Brem. U.-B. I. S. 672, nach dem Hamburger U.-B. S. 304.*

## 89.

\* *Ritter Anselm von Atteln stiftet im Kloster Willebadessen seine Memorie. O. J. (1207—1215). — Orig. im Besitz der Paderborner Abtheilung unseres Vereins; Regest gedr. U.-B. IV. Nro. 30.*

L(ambertus) Dei gratia maior prepositus, T(heodericus) decanus, H(enricus) prepositus sancti Petri totumque Patherbornense capitulum universis Christi fidelibus ad quoscunque presens scriptura pervenerit salutem in Domino. Ad pietatis opera debent commoveri quicunque mole peccatorum sunt oppressi. Cognoscant igitur omnes Christi fideles et certum habeant tam presentes quam posteri, quod dilectus in Christo filius Anselmus miles in Atlen in remissionem peccatorum suorum et uxoris et parentum suorum contulit in perpetuum cenobio in Wilbodesen, specialiter sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, tantum de bonis suis, quod unaqueque Christi devota ibidem recepit ad sui sustentationem corporis in perpetuum singulis sextis feriis similam, id est album panem prebendam. In recompensationem igitur tanti beneficii ei divinitus inspirati, cum tamen apud Deum nullum bonum sit irremuneratum, ille sacer conventus virginum contulit ei fraternitatem sui capituli et omnium orationum et beneficiorum, que ibidem fiunt, fecit participem divinorum. Et ut in terris apud Deum ipsius sit perpetua memoria, statuit congregatio tota, ut pro salute sua et suorum singulis sextis feriis in perpetuum celebretur vigiliis sollempnibus missa publice votiva. Quod autem tam laudabile factum futuris temporibus inviolabiliter observetur, sigillo nostre ecclesie duximus roborandum, statuentes ut nulli hominum liceat infringere. Quod si quis attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et sancte Marie virginis et apostolorum Petri et Pauli et sancti Viti martiris se noverit incursum.

Das alte Siegel des Paderborner Domcapitels mit dem Brustbilde des h. Liborius ist ziemlich gut erhalten.

## 90.

\* *Bischof Bernhard III. von Paderborn überträgt dem Kloster Abdinghof das Obereigenthum an Gütern, die Abt Albert von deren früheren Besitzern, den fürstlichen Vasallen Heinrich und Godschalk, Brüdern von Welda, angekauft hatte. 1209 (nach dem 6. Februar). — Or. im diplom. Apparate der K. Universitätsbibliothek zu Göttingen Nro. 80; Regest Msc. I. 242 a. S. 13. Nro. 15.*

In nomine sancte et individue Trinitatis <sup>1)</sup>. Bernhardus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Ea que bene nostris aguntur temporibus, in omnia tempora propalari cupimus, tum ut res memoria digne non effugiant cum tempore, tum ut earum exemplar posteris suis debeant oculis intueri. Hinc est quod tam futuris quam presentibus Christi fidelibus presentis scripti attestacione innotescere cupimus, quod dilectus noster Albertus <sup>2)</sup> abbas monasterii Paderbornensis, tam-

<sup>1)</sup> Bis hierher verlängerte Schrift. — <sup>2)</sup> Diese Urkunde ist wichtig, um die Reihenfolge der Äbte von Abdinghof festzustellen und die in Betreff dieser Zeit ganz irrigen Angaben von Rosenmeyer in den Westfälischen Provinzialblättern I. IV. S. 145 zu berichtigen. Ich habe im Index zu Erhard's Regesten S. 42. aus C. 566 erwiesen, dass der Abdinghofer Abt Heinrich de curia noch bis ins Jahr 1197 erwähnt wird, dessen Tod Rosenmeyer S. 146 ins Jahr 1180 setzt, indem er annimmt, dass dann Albert von 1180—1208 und Jordan von 1208—1240 ihm gefolgt seien. Da unsere bisher unbekanntete Urkunde nun den Abt Albert zum Jahre 1209 nennt, andererseits das U.-B. IV. 35

Additamenta z. Westf. Urk.-Buche.

quam fidelis et prudens dispensator conservorum utilitati sollerter intendens, predium in Elsen cum decima in Gestlen <sup>1)</sup>) appendente a Heinrico et Godescalco fratribus de Wellede, qui illud a nobis in pheodo habuerant, cum favore nostro comparavit et a prefatis militibus in manus nostras resignari et nostra liberalitate sibi et ecclesie sue concedi devote petiit et efficaciter impetravit. Nam presentibus et colaudantibus predictorum heredibus, multis etiam honestis viris tam clericis quam laicis assistentibus, predium iam dictum et decimam abbati et posteris suis perpetuo iure possidenda concessimus, sperantes nos eorum laboris participes fieri quibus in vite necessariis tali . . . . . liberalitate provideri. Ut autem hec firmitate perpetua gaudeant et a nullo posterorum retractentur, Dei omnipotentis et nostra auctoritate mandamus, insuper pro cautela habundanti hanc paginam inde conscriptam testium annotatione et sigilli nostri impressione roboramus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.VIII<sup>o</sup>. Huius rei testes sunt: Lambertus maior prepositus, Thidericus decanus, Wulfram cellerarius, Johan, item Johan scolasticus et alii maioris ecclesie canonici; laici: Amelung comes, Heinric dapifer, Georgius, Macharius, Heinric, Johan Clenode et alii plures maioris ecclesie ministeriales; Eilbrat dapifer abbas, G . . hart ministerialis ipsius et alii valde multi.

Das Siegel ist abgefallen.

## 91.

\* *Bischof Bernhard III. von Paderborn überträgt dem Kloster Willebadessen verschiedene von ihm lehnrechtliche Zehnten, die es den bisherigen Vasallen, insbesondere dem Edlen Wedekind von Vesperthe abgekauft hatte.*

1216. — Nach einer von Giefers gefertigten Abschrift aus einem Willebadessener Copiar; Regest gedr. U.-B. IV. 65.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernhardus tertius Dei gratia Paderburnensis episcopus. Omnibus Christi fidelibus, quibus presens scriptum fuerit oblatum, perpetuam in Domino salutem. Quoniam temporaliter acta processu temporis hominibus oblivionem inducunt, presentis negotii veritatem utile duximus scripto innotari. Sciatis presens etas et cognoscat postera, quod monasterium in Wilbodessen mediam partem decime Overde <sup>2)</sup>) a Wedekindo de Vesperthe sibi comparavit, quam quidem in pheodo a nobis tenuit, in manus nostras ad usus predicti monasterii resignavit, et nos eam prememorato loco contulimus in perpetuum habendam. Insuper residuam mediam partem eiusdem decime idem monaste-

publicirte Diplom darthut, dass es im Jahre 1209 auch einen Abdinghofer Abt Ecbert gegeben hat, so könnte im Hinblick auf Rosenmeyers Angabe die Priorität zwischen beiden zweifelhaft und es fraglich sein, ob wir nach Heinrichs Tode nicht einen Abt Albert I., und als dessen Nachfolger Ecbert anzunehmen hätten, dem dann seit dem J. 1215, vgl. U.-B. IV. 61. S. 44 Not. 2., Albert II. gefolgt wäre. Hier kommen uns nun aber die Auszüge aus den libri Variorum zu Hilfe, die Msc. I. 242a. S. 16 Nro. 13. den sehr kurzen Extract aus einer leider sonst ganz verloren gegangenen Urkunde mit den Worten bringen: Anno 1213 litteræ A. abbatis de tabernis in Susat. Wenn also Abt Albert zu den Jahren 1209 und 1213 documentirt ist, so unterliegt es wohl keinem Zweifel, dass es derselbe ist, der seit 1215 und bis 1234 vielfach urkundlich vorkommt. Demnach muss also Ecbert sein Vorgänger gewesen und bis zum Jahre 1209 regirt haben. Dies wird uns dann auch durch das Necrolog von Abdinghof Msc. I. 242b. S. 71. bestätigt, das zum 6. Februar die Notiz hat: o(biit) dominus Ecbertus abbas et m(onachus) n(ostræ) c(ongregationis). Hiernach ist also die Urkunde im U.-B. IV. 35. vor und die vorliegende nach dem 6. Februar 1209 ausgestellt. Die eigenthümliche Bezeichnung des Abts auch als Mönch der Abdinghofer Congregation wird nicht überraschen, wenn man bedenkt, dass den Klöstern häufig auch Äbte aus fremden Congregationen vorgesetzt wurden; es heisst dies nur, dass Ecbert vor seiner Wahl auch Mönch in Abdinghof gewesen. Wie dann umgekehrt Abt Gumbert zum 20. Juli nur einfach als Gumbertus abbas aufgeführt wird. — Über die tabernæ des Klosters Abdinghof in Soest habe ich anderweitig, namentlich aus dem Lehnsregister, nichts ermitteln können; wahrscheinlich ist Gasthaus in dem Sinne zu verstehen, dass es zur Herberge für die Mönche und Angehörigen des Klosters diente, wenn sie nach Soest kamen, ähnlich wie fast alle grösseren Klöster des Münsterlandes auch hier in Münster ihre Höfe hatten. — <sup>1)</sup> Elsen und Gesseln NW. von Paderborn. — <sup>2)</sup> Nach Giefers ein eingegangener Ort W. von Peckelsheim.

rium a Gerharde de Eten cum collaudatione heredum suorum triginta quatuor marcis emit, quam idem Gerhardus prefato Wedekindo de Vesperde, a quo eam pheodali iure habuerat, resignavit et sepe dictus Wedekindus nobis liberam recognovit, ita ut velud de alia parte feceramus, conventui pretaxati loci cum omni integritate conferremus. Preterea idem conventus tribus marcis numerum decimam duorum mansorum in Overde a Johanne et . . . . . fratribus de Louene <sup>1)</sup> de nostro consensu comparavit, sententia (?) emptionem ipsorum et donum nostrum confirmante. Neque huic donationi adeo rationabiliter facte aliquid succrescat in posterum a successoribus nostris aut a quocunque malignandi occasio, sub districto anatemate prohibemus et presentem paginam exinde fecimus conscribi et sigilli nostri impressione muniri, Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.XVI<sup>o</sup>, indictione quarta, pontificatus nostri anno XII. Testes huius rei sunt: Lambertus maior propositus et omnes canonici maioris ecclesie, Amelungus comes et ministeriales quamplures.

## 92.

*Papst Honorius III. gestattet dem Domdechanten N. <sup>2)</sup> zu Bremen den gleichzeitigen Besitz seiner Präbenden zu Bremen und Münster. 1218 April 12. Lateran. — Ehmck und von Bippen Brem. U.-B. I. S. 675. nach einer Copie im K. Archive zu Kopenhagen; fehlt bei Potthast.*

## 93.

*\* Abt Albert von Abdinghof bekundet als Vorstand <sup>3)</sup> des Benedictinerfrauenklosters Gerden die Bedingungen, unter welchen eine Zahl Höriger des Klosters zu Ministerialen befördert worden sei. 1220. — Or. Kloster Gerden U. 8<sup>4)</sup>.*

In nomine Domini. Albertus divina favente clementia abbas <sup>5)</sup> totumque capitulum in Gerdine in perpetuum. Sepe statuta maiorum titubant levitate minorum, si non per dicta testium aut scripti robur capiant firmamentum. Eapropter noverint universi ecclesie nostre fideles, quod quidam homines ecclesie nostre servili conditione pertinentes, quorum nomina sunt: Johannes cum filiis suis, Everwinus, Berta cum pueris suis, Hereburg cum suis, a proprietatis conditione se eximendo in ius ministerialium se transferri petebant, quod et de consilio prudentum virorum hac conditione obtinuerunt: Primo iure ministerialium fidem ecclesie facient, deinceps omnes qui proprios lares inhabitant <sup>6)</sup> aut a domibus patrum exempti sunt, in die beati Petri ad missam comparebunt, si intra provinciam fuerint, et ad manum sacerdotis oblationem quantulam possunt aut Deus inspiraverit offerent; quod qui contempserit <sup>7)</sup>, conditioni servilis proprietatis denuo subactus iudicabitur; decedentes vero viri vel femine optimum caput, si caput non habuerint, proprios lares scilicet inhabitantes optimum vestimentum dabunt, contemtores autem iuris optenti amissione ferientur. Ut autem hoc facti statutum sit inviolatum, inpressione sigilli ecclesie placuit roborari cum testibus. Gerhardus prepositus, Gerhardus prior, Helmwicus, Godescalcus, Sifridus alique conversi, Arnoldus de Wilbotessen, Erpo, Eustacius alique multi. Actum incarnati verbi anno Millesimo CC<sup>o</sup>.XX<sup>o</sup>, indictione septima. Ut autem de omissis quedam repetamus, dictum etiam est, ut si aliquis sine herede decesserit, ecclesia heredis nomine omnia possideat et hec statuta ad singulas heredum successiones transibunt. Actum item anno ordinationis domini Alberti undecimo <sup>8)</sup> feliciter. Amen.

Das Siegel ist abgefallen.

Cuidam ergo tantæ paupertatis puero, ut fame attenuatus et fere esset nudatus, in die natalis sanctorum martyrum Gervasii et Protasii ad præfatum monasterium, propter auditam inibi sanctimonialium munificentiam, ire cupienti, voluit Deus non per somnium, sed per oculorum intuitum, visionem nostris ante inauditum temporibus ostendi. In medio namque cum esset nemore, quod prælibatæ tam densum, ut ne solis quidem radii perlustrarent, adiacebat ecclesiæ, tanta lux cœlitus emissa cum miræ suavitatis odore emicuit, ut solis fulgori comparata longe excelleret, et nihil sibi aliud sperare fuerit, quin omnes arbores et terram ipsam exusserit. Cuius luce immensitate cum ipse perterritus cecidisset et humi prostratus diu quasi mortuus iacisset fœminam tamen, cuius vestis sicut nix et aspectus esset ut fulgur, in media stantem luce sensisset, ecce manus eum attigit et vox subsequuta proprio eum ita dicens nomine appellavit. „Quare non interrogas, que sim; vel cur tibi apparuerim?“ Ille ad eius allocutionem confortatus et oculos aperiens tremula inquit voce: „non illibens quæ esses interrogarem, sed nequaquam<sup>6)</sup>, Domina, auderem“. „Confortare, ait, nec timeas, licet angelis videre solitam meam faciem inspicias. Ego Dei genitrix sum Maria, per cuius partum humano generi reserata vitæ sunt ostia. Idcirco enim tibi apparui, ut legationem meam te nuntio ad istud monasterium dirigerem et meam inibi congregationem ad viam rectitudinis amplius, quam nunc sint, retorquerem. Surgens ergo vade et dic monasterii abbatissæ, si vitam suam tam diligenter interius castigent<sup>7)</sup>, ut munire exterius aedificiis ar-

1) Tradit. Meinwercki. Erhard C. 87. Nro. 20. — 2) Dass sie identisch mit der i. J. 993 dem Stift Metelen vorstehenden Äbtissin Godesdiu ist, habe ich Kais. U. I. 241 erwiesen. — 3) Vgl. Erhard R. 726. C. 76. R. 1019. C. 133. Ihre Vorgängerin Imma lebte noch 995, l. c. R. 679. C. 72. — 4) Juni 13, identisch mit dem sogleich erwähnten dies natalis SS. Gervasii et Protasii. — 5) Hier ist wohl Deus ausgefallen, wie das nachfolgende suam matrem erweist. — 6) So vermuthe ich, die Handschrift: sed quamquam. — 7) nämlich die Nonnen.

dent <sup>1)</sup>, quod ego sedem meam ibi revisam et invocantes me perpetua tuitione custodiam. Insuper etiam indica, quod hunc ipsum locum, in quo tibi apparui, ad mei nominis venerationem et ad christianorum elegi intercessionem, ut si quis hic me quæsierit, inveniatur et quod iuste petierit se adeptum esse gaudeat.“ „Heu mihi, puer inquit, misero, qualem me nuntium tu, omnium potens regina regnorum, ad tam famosum dirigis monasterium? Quis nudum famelicum labiis incircumcisum audiet? Quis meis verbis, cum abiectissimus de te, mundi Domina, cœli regina, prædicem, confidet? Hoc solum mihi apud huius colonos terræ sedebit tormentum, quod de tuo, sancta Domina, nomine assumere audeam prædicamentum? Nisi enim aliquod signum mihi dederis, quod ego demonstrandum habeam illis, quod me miseris et indicare preceperis, verberibus me affectum, cruentis claustris iniicient carceris.“ „Signum, inquit Dei genitrix, hoc tibi constituam, quod nullam omnino tam diræ sententiæ pœnam formides accedere, ad veritatem meæ legationis confirmandam, quia nullam ullatenus ne cicatricis quidem patieris molestiam.“ „Ne asperueris <sup>2)</sup>, inquit puer, Dominarum Domina, si adhuc alterum a te deprecor signum, quia unum incredulis ad satisfactionem haud quaquam erit dignum.“ „Præcide, ait Dei genitrix, baculum, et facies inde signaculum, pone ubi meorum statum cognoveris esse pedum, et si non credunt verbo signi prioris, credent ostensioni sequentis, quia, in quocumque tempore hunc locum adveniunt, me super eandem quam facturum es crucem in columbæ specie sedentem videbunt.“

Hæc ut ait, repente visio omnis disparuit, et ipsa in auras ab oculis eius evanuit. Ille post tanti luminis claritatem, viribus utcumque receptis, quia super pedes suos ambulare nequivit, ad locum, quo pedes Dei matris steterant, repisit, eumque facta de stipite cruce et alte in terra defossa, ne facile caderet, notavit. Deinde ut celerrime potuit ad civitatem perlaturus nuncium venit: ibique sanctorum reliquiis cum timore exoratis, uni sanctimonialium legatum se ad abbatissam indicavit, eamque, ut hoc ei intimaret, suppliciter rogavit. Sanctimonialis hæc audiens, obstupuit et quia diutius colloqui cum eo non præsumpsit, sub celeritate quod rogabatur abbatissæ intimare curavit. Illa ut hæc primitus aure percepit, eam errare non dubitans, quid diceret, inquisivit. Et cum secundo tertioque sermonem repeteret, quod quidem egenus ad se legationem haberet ipsamque sibi duci flagitaret, se mirando, quid hoc prodigii esset, consignavit et ad eum usque in basilicæ vestibulum processit. Egenus abbatissam esse cognoscens, ut decentissime potuit, bonum ei diem optans <sup>3)</sup> salutavit adiecitque: „gratiam vobis filiabusque vestris sancta Maria demandavit et quod si vitam vestram conversationibus ornaretis, sicut monasterium ædificiis undecumque ornatis, ipsa hic sedem suam reviseret et pro vobis ad Christum filium suum die noctuque intercessura, locum istum, ne amplius furetur barbaris pollendus, protegeret.“ Abbatissa ob pavorem simul et admirationem, vix ut ista peroraret, aperiens terræ occubuit et diligenter parvitatem legati et quantitatem legationis attendens, diutius prostrata iacuit. Rursum ergo erecta diligentius quid apportaret aut quando vel ubi eam videret, qualeve ei signum ostenderet, inquisivit. Ille iterum narrationem ab exordio ingressus, quo diei tempore, vel quanta lucis claritate, aut quid iuberet, qualeve signum ostenderet et quid eundem locum in quo apparuit ad sui nominis honorem et Christianorum intercessionem eligeret, indicavit. Ipsa enim sæpius de qualitate signi interrogante, respondit hoc esse signum

<sup>1)</sup> Vgl. später: quod si vitam vestram conversacionibus ornaretis, sicut monasterium ædificiis undecumque ornatis, sowie Vita Meinweri S. 140 oben: ut mutata pristina vita, tantum spirituali insisterent exercitio, quantum temporali instabant edificio. Nimmt man hierzu die weitere Stelle unten, wo die Äbtissin dem Boten der h. Maria in dem vestibulum der basilica entgegentritt, so folgt daraus, dass im Jahre 1011 der Münster des Hochstifts schon vollendet, die abteilichen Gebäude dagegen noch im Bau begriffen waren. Da nun die noch heute bestehende Münsterkirche zu Herford dem älteren romanischen Stile angehört, vgl. auch Nordhoff, Holz- und Steinbau Westfalens S. 351—358, Lübke Gesch. der Architectur S. 252, so haben wir wohl Grund, in dem Herforder Münster ein Werk der Billung'schen Äbtissin Godesdiu aus dem Anfange des 11. Jahrhunderts zu sehen. Die hier erwähnten abteilichen Gebäude, die von ihr gleichfalls herrührten, werden indessen wohl schwerlich die nämlichen gewesen sein, die ein Brand im Monat Mai 1876 zerstört hat. — <sup>2)</sup> „Werde nicht böse.“ Das Verbum asperio kommt aber bei den antiken und den mittelalterlichen Schriftstellern meines Wissens sonst nicht vor. — <sup>3)</sup> „Guten Tag wünschend.“

quod nullius pene tam dira esset sententia, quam accedere ad confirmandam tantæ veritatis auctoritatem non auderet, et quod quocumque tempore advenirent, super eandem crucem quam pro signo posuerat, quo sancta Dei genitrix steterat, niveam sedere columbam invenirent. Relicto eo abbatissa secretarium <sup>1)</sup> incessit, signum dari iussit, sorores convocavit et omnibus (iuxta ordinem sermonem enarravit, in nimiumque stuporem conversis, quid eis videretur interrogavit. Consulunt proximorum monasteriorum clericos et inde sapientiæ expertos accersendum, ut ipsi decernerent, quid super hac re sit faciendum. Missum est circumquaque, rogati sunt, venerunt; ieiunandum et orandum ipsumque sententiæ <sup>2)</sup> aqua vel ignito ferro fallacie purgandum decreverunt. Factum est, ieiunando et orando a Deo quæsierunt et has utrasque sententias in eo consummaverunt. Verum ille in neutro horum, sicut Dei promisit mater, læditur. Nam in aqua missus non mergitur, ignem portans non comburitur, adeoque securus, ut ne nota quidem læsionis sic inveniretur. Priori signo iam probato secundum quærunt et ita sicut prædixit columbam sedere super crucem inveniunt. Tunc venerati sunt, quod antea credere noluerunt et basilicam sanctæ Dei genitricis matris, vocantes eam ad crucem, ædificaverunt, ubi usque hodie per eius merita omnifaria miracula clarescunt, præstante filio eius Domino nostro Jesu Christo, qui Patri cœternus et sancto Spiritui vivit et gloriatur in sæculorum sæcula. Amen.

## II.

\* *Bischof Bernhard I. von Paderborn bestätigt dem St. Marienstift auf dem Berge bei Herford die von der Gründerin, der Herforder Äbtissin Godesdiu, und deren Nachfolgerinnen, den Äbtissinnen Adelheid, Gisla und Jutta geschenkten Güter. 1151 März 10. Paderborn. — Notariell beglaubigte Abschrift aus dem Ende des XIV. Jahrh. Stift auf dem Berge U. 1.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernhardus Dei gratia Padelburgensis episcopus. Ecclesias ad laudem et honorem Dei eiusque sanctissime genitricis Marie construere, possessionibus augere, inibi famulantes pro viribus iuvare, pietatis et devotionis officium est et ad animarum medelam et salutem perpetuam proficere dubium non est. Quapropter notum facimus cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod quedam abbatissa Hervordensis Godesti dicta, cuius in benedictione semper erit memoria, cenobium sanctimonialium in veneratione perpetue virginis Dei genitricis Marie in prefati loci monte construens auxit illud prediis, sive donatis sive comparatis vel quocumque modo, iuste tamen, acquisitis, quatenus orationibus continuis cenobitarum interminabilis exitii evaderet incendium. Ea vero, quibus constructam a se ex intimo devotionis affectu donavit <sup>3)</sup> ecclesiam, in hiis locis sita sunt: Eggeringhusen, Bertelingusen, Tihedengusen, Ehchem, Hetheredingusen, Luppinchusen, Bech, Eilleshusen, Adalhardigtarpe, Hucheri, Silethe, Ebbinchusen, Sutterinchusen, Treine, Milso, Ubbedissen, Herthersen, Cisebrac, Hildewalessen, Kocrethe, Vilsinthorpe, Bavenhusen, Cnollen, Thinighe, Eginthorpe, Thornigthorpe, Bikehusen, Esedigtorpe, Manen, Hethe, Erpigtorpe, Ukessen, Suthlinegere, Lare, Wigerenchusen, Eisbergen, Artheren, Herdereshusen, Dumere, Tran, Velthem, Saltuffen, Lenethe, Julenbiké, Gestla,

<sup>1)</sup> Innere Gemach. — <sup>2)</sup> Die Urtheilssprüche der zugezogenen Geistlichen. Sentencie ist Conjectur für „sine“ der Abschrift in den libri Variorum. — <sup>3)</sup> Herr Aander Heyden hat sich auf meine Bitte der Mühe unterzogen, die nachfolgend aufgezählten Güter mit den Angaben in zwei Heberregistern des Stifts auf dem Berge aus dem 14. Jahrhundert Msc. VII. 1306 e. u. f. zu vergleichen. Die von dem älteren Register in lateinischer Sprache gegebenen, ebenso wie die in beiden Registern übereinstimmend überlieferten Formen sind in Antiqua, die von dem etwas jüngeren Register in deutscher Sprache gebrauchten Formen *cursiv* gedruckt: Eggerinchusen *Eckerinchusen*, Berdelinhusen *Berderlinchusen*, Thedenhusen *Thedinhusen*, Echem, Hederdinhusen *Hederdinchusen*, Lyppinchusen *Lippinchusen*, Bech *Beck*, Eyleshusen *Eleshusen*, Adalhardincdorpe, Huckere, Sylde, Ebbinchusen, *Dreyne*, Milse, *Ubedissen*, Herdensen *Erdersen*, Hillewalsen *Hylwalsen*, Kokerde, *Pylsendorpe*, Bavenhusen, Knolle, *Thenynghen*, Bekehusen, Manem, Heden, Erpinctorpe, Ockesen *Okkessen*, Sutlenegern *Sutleneger*, Lare, Wicherinchusen *Witgherinchusen*, Eyseberghe, *Erdere*, Velthem, Saltuffen *Soltuffelen*,



Meppidsla, Stemmhem, Frithereshuthe, Alwardessen, Alerbike, Hesligge, Dunnethe, Bukkessen, Berninthorpe, Suitherdinthorpe, Aldenthorpe, Boienhus, Gerdene, Livenstide, Wendene, Borge, Vanen, Brochusen, carrata vini in Ludenestarp. Hec inquam cum omnibus appendiciis, areis, edificiis, mancipiis, terris cultis et incultis, viis et inviis, pratis, pascuis, novalibus, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, silvis, quesitis et inquirendis et cum omni utilitate, que ullo modo nominari vel scribi potest, sine omni contradictione, piissime Dei genitrici Marie necnon sororibus predictae ecclesie in perpetuum possidenda contradidit. Ad hoc eciam omnium fidelium tam futurorum quam presentium notificamus industrie, quod modernis temporibus quidam Deo devoti homines pro redemptione peccatorum et anime sue remedio quedam de suis prediis legitime tradiderunt ad stipendia pauperum matri misericordie in sepedicta ecclesia famulancium, ut memoria eorum non derelinquatur in secula et in libro vite celestium ipsorum conscribi mereantur nomina. Possessorum vero et possessionum nomina, qui et quas eidem sancte ecclesie contulerunt, hec procul dubio sunt: Adelheithis <sup>1)</sup> eiusdem loci abbatissa obtulit Bertelwic, Gisla <sup>1)</sup> eiusdem loci abbatissa Bracwede, Remwardus ministerialis eiusdem ecclesie Westerengere, Everhardus de eiusdem ecclesie familia Spredow, Eppo quidam quosdam agros circa Hervordiam, Johannes Buttintharp, Tidericus eiusdem ecclesie presbiter Merle et Hemerynge, et Sutlinegere Arnoldus de Lubbere collaudante eiusdem loci tunc abbatissa Judita <sup>2)</sup>, immo ut verius dicamus tradente ipsius Arnoldi consensu. Preterea prefate sorores de labore suo partem vinee cuiusdam a quodam Godefrido comparaverunt in eadem villa Ludenestarp <sup>3)</sup>. Ut autem omnia hec sicut iam supradiximus sive donata sive comparata vel quocunque modo iuste tamen acquisita rata et inconvulsa omni evo posteritatis permaneant, hanc cartam inde conscriptam sigilli nostri impressione signavimus et ne aliquis unquam publicus iudex vel aliqua alia iudiciaria potestas vel aliquis omnino hec aliquo malo consilio temerario ausu ullatenus infringere presumat, sub anathemate prohibuimus. Data Paderburnen anno incarnationis Domini centesimo quinquagesimo primo, indictione XIII, sexto Idus Marcii.

## 118.

## Libellus Monasteriensis de miraculis S. Liudgeri.

*Die nachfolgende kleine für die Geschichte Münsters im 12. Jahrhundert ziemlich wichtige Schrift ist bisher nicht völlig unbekannt gewesen. Da deren einzige Ausgabe in den Acta Sanctorum der Bollandisten März 26. III. S. 661—665. aber ausserordentlich fehlerhaft und in dieser Form auch von Pertz SS. II. 425. übernommen worden ist, so erscheint es wohl als gerechtfertigt, wenn wir dies einzige historiographische Denkmal des Münsterlandes aus dem 12. Jahrhundert hier wiederum veröffentlichen. Die Handschrift, welche unserer Ausgabe zu Grunde liegt, Msc. VII. 462, aus der ersten Hälfte des 14. Jahrhunderts, Pergament, klein 8°, war nach einer Aufzeichnung sœc. XV. auf dem ersten leeren Blatte: Liber monasterii Nemoris B. Marie virginis prope Northœrn ordinis canonicorum regularium, also damals im Besitze des Klosters Frenswegen, welches auch den kirchlichen Namen Marienwolde führte, wurde dann aus der Bibliothek des*

Louede, Gelenbeke, Stemmhem, Stammen, Dunnede, Buckesen, Buckessen, Livenstede, Bertelwich, Bracwede, Westerengere, Buttinthorpe. Von den 73 Gütern der Urkunde sind in beiden Registern 27 nicht aufgeführt, die seit der Mitte des XII. Jahrhunderts bis zu der des XIV. wohl abhanden gekommen oder veräußert sein mochten. — <sup>1)</sup> Die bisher ganz unbekanntes Äbtissinnen des fürstlichen Stifts Herford Adelheid und Gisla, müssen zwischen den Jahren 1040, wo Godesdiu zuletzt, und 1138, wo Gertrud erwähnt wird C. 257, gelebt haben. Dass in dieser Zeit und zwar zwischen den Jahren 1051—1076 auch die Äbtissin Swanehild existirt hat, habe ich Kaiserurkunden I. 285. 498 erwiesen. — <sup>2)</sup> Wird urkundlich in den Jahren 1146—1155, also in der Ausstellungszeit dieser Urkunde, erwähnt. Zum Register zu Erhard S. 34 bemerke ich, dass Judith R. 1258 zum Jahre 1170 wohl erwähnt, aber nicht als lebend aufgeführt wird. Im Jahre 1163 urkundet bereits ihre Nachfolgerin Liutgard, oben Nro. 53, wozu das Register zu Erhard S. 58 weiter zu vergleichen ist. — <sup>3)</sup> Leudesdorf auf dem rechten Rheinufer Andernach gegenüber.

letzten Abts von Werden, Beda von Savels, im Jahre 1833 von dem Minden'schen Alterthumsforscher Mooyer erstanden und gelangte mit dessen Archivalien in unser Staats-Archiv.

Diese Handschrift enthält zunächst eine Form der *Vita S. Liudgeri*, die im Wesentlichen der *vita altera*, Potthast B. H. I. 785. entspricht, und im Ganzen mit dem Abdrucke bei Surius II. 384. übereinstimmt, doch aber auch die *vita prima* zuweilen benutzt hat<sup>1)</sup>.

Die Erbauung der Kirche des h. Liudgerus zu Münster an ihrer heutigen Stelle, aber zunächst in der Form einer hölzernen Capelle, durch Bischof Ludwig 1169—1173 wurde eine Veranlassung den früher vorhandenen Büchern, nämlich 1) der eigentlichen Biographie mit den Wundern die der Heilige bei seinen Lebzeiten gewirkt, 2) den Wundern die er nach seinem Tode verrichtet, eine dritte kleine Schrift über die in Münster erfolgten Wunder hinzuzufügen. Den Mittelpunkt dieser Erzählung bildet ein Crucifix mit Reliquien des h. Liudger, das ursprünglich (c. 3.) an der Ems bei Rheine gestanden, dann nach Münster gebracht und hier durch seine wunderbare Erhaltung auf einem Kornboden beim Brande der Stadt im Jahre 1121, die allgemeine Aufmerksamkeit erregt hatte und vom Bischof Ludwig der Capelle bei Einweihung des Kirchhofs geschenkt wurde<sup>2)</sup> (c. 2).

Da der Verfasser nur erst die hölzerne Capelle, nicht aber den heute noch bestehenden von Bischof Hermann aufgeführten Steinbau kennt, so dürfen wir nach dem oben ad Nro. 68. Bemerkten annehmen, dass dieses Schriftchen vor 1185 verfasst ist. Es wird sich sogar die Abfassungszeit nur auf die 4 Jahre beschränken lassen, wo Bischof Ludwig regiert hat, denn seiner wird überall als eines noch Lebenden gedacht<sup>3)</sup>. Der Verfasser spricht hin und wieder als ein Augenzeuge<sup>4)</sup>. Da er c. 15. den genauen Geldbetrag der von einem Geheilten bei dreissigmaligem Opfer gebrachten Spenden kennt, so ist zu vermuthen, das der erste Priester an der St. Ludgericapelle auch der Verfasser dieser Schrift ist. Doch lässt sich dessen Name, wenn er nicht identisch sein sollte mit dem seit 1185 auftretenden Dechanten von St. Ludgeri, Dietrich, Erhard C. 451. 492. 507, nicht feststellen.

1. Sancti Ludgeri meritis multa exemplorum celebritate, que posteritati reliquit, conspicuis, miraculis eciam que Deus ante obitum suum et post ubique terrarum et precipue Werthena per eum operatus est conscriptis, quando et qualiter Monasterium episcopalem suam sedem numerositate miraculorum respererit, qua possumus veritate perstringamus. Que quidem ut plenius constet, ea strictim attingamus que ad tempora nostra ab antiquo derivata relatu veridicorum nobis sunt recensita. Episcopus Burchardus Monasteriensem civitatem dilatare, pluresque in ea proponens parrochias facere, aream quandam comparavit et ecclesie sancto Ludgero construende assignavit. Ceterum tempestate<sup>5)</sup> inter sacerdotium et regnum orta, non solum caritas sua quasi in radice est sopita, sed capella, quam sanctus Ludgerus infra urbem<sup>6)</sup> habuit, sub episcopo Theoderico incendio vastata, postmodum est miserabiliter neglecta. Dominus eciam Helmwardus<sup>7)</sup> maioris ecclesie canonicus aream illam discretioni sue ab episcopo Burchardo commissam invadiavit nec absolvit. Unde et tempore nostro ad quendam civem Hinricum hereditario iure fuit devoluta. Cuius concives, ut credimus spiritu sancto ducti, seriem, quam qualicunque narrationis tenuitate percurrimus, summatim ad episcopum Luthewicum<sup>8)</sup> detulerunt, et ut illa area vel alia eos ad fundan-

<sup>1)</sup> Ich kann bei dieser Gelegenheit den Wunsch auszusprechen nicht unterlassen, dass Münster endlich eine kritische, dem heutigen Standpunkte der Wissenschaften gemässe Ausgabe vom Leben seines Stifters erhalten möge, welche neben der ursprünglichen Form auch alle späteren Erweiterungen und Ergänzungen enthielte und diese im Texte durch Verschiedenheit der Lettern hervorhebe. — <sup>2)</sup> Nach einer gütigen Mittheilung des Herrn Lange Pastors ad S. Ludgerum ist dasselbe jetzt nicht mehr vorhanden. — <sup>3)</sup> Dies findet seine weitere Bestätigung darin, dass der Verfasser c. 12 im Magdalenenhospitale nur eine Kapelle kennt, während doch nach C. 183 im Jahre 1177 die Kirche im Bau begriffen war. — <sup>4)</sup> Cap. 12. nos qui adfuimus. — <sup>5)</sup> Sturm, Streit. — <sup>6)</sup> Auf der Dom-Immunität, welche Capelle mit dem Dome bei dem Einrücken des sächsischen Heeres am 7. Mai 1121 eine Beute der Flammen wurde. — <sup>7)</sup> Ist wohl derselbe Domherr, der in einer Urkunde um 1110, Erhard C. 181 Helmordus, in einer anderen von 1125, C. 190, Helmwardus genannt wird. — <sup>8)</sup> 1169—1173.

dum sancto Ludgero ecclesiam iuaret, rogaverunt. Ipse autem ad opus pietatis ut fuit ab ineunte etate promptissimus, aream absolvit, eamque aliam meliorem et eorum proposito magis idoneam cambivit et quarta feria pasche contradidit. Quis divinam non laudet clemenciam? Quis debitum tanto patri non liben[ter <sup>1)</sup>] impendat honorem et obsequium, cuius temporis, imo cui Deus tanta charismatum reservavit dona?

2. Vix transiit mensis, quin et pulchra de lignis construeretur capella et sanctissimi confessoris clarescerent merita. Vespere enim quando sequenti die cœmeterium consecrabatur et altare <sup>2)</sup>, quædam crux iussu episcopi apportabatur, et in ea S. Ludgeri reliquiæ. Quo licet dubie diffamato, Helemburgis quædam civis thus cum candelis in multa humilitate obtulit: et completa vix oratione, dolorem capitis, quo vehementer ad quinque septimanas attenuata fuit, sentiens sedatum, lætabunda rediit domum. Qua in re suis solenne fuit gaudium, et pluribus de civitate bona spes futurorum suffragiorum: præsertim quia multa etiam audierant de cruce. Sane cum multis annis illa vel in horreo, vel in granario negligenter poneretur, tandem omnibus ædificiis incendio <sup>3)</sup> pereuntibus, granarium, in quo fuit, mirabiliter in medio igni mansit intactum. Quod divinæ, sicut fuit, domesticus adscribens potentiæ, pulchram in fine domus fecit ei camerulam, et quantam potuit exhibuit venerationem. Homines etiam circumquaque manentes, et ad invocationem crucis et S. Ludgeri in suis calamitatibus remedium sentientes, quas poterant ferebant oblationes: ita utique quod incensum suo tempore et nocturnales semper haberet candelas.

3. Fuit item quidam in ea parte Frisiæ quæ dicitur Morsaten <sup>4)</sup>, cuius unicus filius, quater vel sæpius quolibet die, caduco laborabat morbo. Quo super cum ipse patris more doleret, vidit in somnis, quod quædam crux prope Emesam staret, coram qua puerum ponderare deberet. Vidit, et mane cum filio et aliis undecim iter peregre arripuit, et tandem veniens Rene <sup>5)</sup> didicit ubi crux esset. Cumque domum ubi crux fuit intrasset, puer infirmitate sua correptus, super terram volutabatur moribundus. O pia sanctissimi confessoris merita! auro, argento diversisque ante crucem ponderatis cibariis, integerime] est curatus. Quibus in ore multorum positis, delata cruce sicut diximus Monasterium, multus ad eam factus fuit concursus. Quidam autem forte attendentes illud Johannis Krysostomi: nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt, suaserunt episcopo ut probare faceret quid in cruce esset. Ad quod exequendum cum iam dies prefixa esset, Deus suum addidit, et omnem ambiguitatem gracia removit miraculorum certitudine.

4. Fuit quidam puer Monasterii debilis crure, duobusque innitens baculis. Hic tribus continuis noctibus vidit in sompnis, quod quidam canus vir accederet ad eum, et extraheret ei debile crus et abiret quod nesciret quo deveniret. Unde territus, sicut videbatur ei, pre molestia sudavit et iacuit in extasi, tandemque recepta mente clamare cepit. Et utique clamavit, quod qui circa eum erant evigilaverunt. Quorum quidam eciam tercia nocte indignatus, quod ita in sompnis se haberet, graviter eum corripuit. Audita autem visione persuasit ei, quod summo mane ad capellam sancti confessoris iret et eum invocaret. Quod faciens nec diu coram cruce in oratione prostratus iacuit, quum sudaret et dolore quodam per omnia membra sua diffuso, in extasi iaceret. Rediens eciam tandem ad se cepit clamare et circumstantibus dicere: Quare confringitis michi crus? Illi autem asserentes quia nec eum tangerent,

<sup>1)</sup> Von hier bis est curatus cap. 3 Lücke, in unserer Handschrift, der ein Blatt fehlt. — <sup>2)</sup> Über die Zeit, wann der Bau des noch heute bestehenden älteren Theiles der Ludgerikirche in Stein ausgeführt worden, vgl. was wir oben Nro. 68 gesagt. — <sup>3)</sup> Bei dem Brande des Jahrs 1121. — <sup>4)</sup> Graf Conrad von Werl (Arnsberg) fiel im Kampfe gegen sie im Jahre 1092; Erhard R. 1262. Nach Seibertz Dynasten S. 82 lag ihr Gau im heutigen Ostfriesland. Doch findet sich das Wort Morsaten nicht in E. Friedländer's U.-B. I.; unzweifelhaft aber ist der Name des Gaus und des Volks identisch mit dem des Mormannerlandes l. c. Nro. 59 im späteren Amte Stiekhausen. Vgl. Büsching VI. 801. Morsaten d. h. die im Moore Angewesenen, würde also die ältere, noch im 11. und 12. Jahrhundert gebräuchliche Form des Namens gewesen sein. — <sup>5)</sup> Rheine.

hortabantur ad pacienciam et ut Deum et sanctum Ludgerum invocaret. Quo facto surrexit sanus et rögans sibi dari crucem circumivit cimiterium, multo populo eum sequente et Deum quo potuit laudante.

6. Quædam paupercula ibidem manens quadam celebri die ivit Transamnem <sup>1)</sup> afferre cerevisiam, et reliquit domi unius anni quendam puerum suum. Quando autem diucius moraretur et pueri de domo omnes exivissent, puer de cunis tam diu hac et illac repsit quod in puteum cecidit. Rediens mater et non inveniens puerum, cucurrit ad domos vicinorum querens si quis eum sciret vel vidisset. Porro cum omnes uno ore dicerent, quod nec scirent nec vidissent, nescia quid faceret recurrit domum. Jam tunc vero puerum de puteo extractum quedam inter manus suas super mensam volutabant nec in eo quicquam vite videbant. Unde et mater spiritu turbata et plures secum in lacrimis dixerunt: domine sancte Egidi, domine sancte Nicolae, domine sancte Ludgere facite gratiam vestram in isto puero! Cumque id dixissent, quasi ante esse non debuisset, aqua de ore pueri cepit fluere et tandem lac quod suxerat. Et ut id divine sciretur esse potentie, movit se ita vivide tanquam esset expers prioris miserie.

7. Quedam fuit paupercula Telgeth <sup>2)</sup>, cui dolor oculorum ita invaluerat, quod nec vidit nec lucem diei ferre potuit, unde et manicam superpellicii vel tale quid semper circa faciem suam involvere debuit. Hec auditis hiis que Deus Monasterii per merita sancti Ludgeri fecit, vovit eo ferre oblationes suas, si vel visus ei redderetur, vel dolor cessaret quo torquebatur. Tanquam etiam precibus cogi posset confessor sanctus, eum exorare non cessabat die noctuque. Advenerunt dies rogacionum <sup>3)</sup> et homines ville illius ibant cum suis Monasteriensium occurrere reliquiis. Quas cum aliquantulum extra villam secuta fuisset, redeuntibus quibusdam parrochianis et ipsa rediit. Cumque inter redeundum ingemisceret, quod infortunium oculorum ei causa reditus esset, manica de vultu quodam casu labente dolorem solitum non sensit. Quod unde esset admirata, oculos aperuit et sine molestia vidit. Quid faceret? Insecuta tandem precedentes veniensque Monasterium multos sue illuminationis habuit testes.

8. Fuit puer Osnabrugge panem ostiatim querens, visu unius oculi ex quo fuit duorum annorum carens, et alio parum videns, ita quidem, quod vix poterat viam dinoscere. Huic, cum acciperet elemosinas in monte sancte Ghertrudis <sup>4)</sup>, dictum fuit a dominabus et earum ministris: Quare non invocas sanctum Ludgerum, cuius gracia modo Monasterii est magna, ut videas? Erat etiam ibi presbiter qui promisit ei dare ceram ad instar oculorum <sup>5)</sup>, quam sancto ferret Ludgero. Quibus animatus, corde humili et contrito fecit sicut ei suasum fuit. Nec diu quin illo oculo quo parum videre solebat, melius videret. Quod recognoscens a sacerdote promissum requisivit et Monasterium iter direxit. Quo antequam veniret et uno oculo et alio plene vidit. Peracta etiam graciaram actione tantam corporis prius emarcidi recepit vigorem, ut pro labore suo certum haberet victum et precium.

9. Quidam fuit Buren <sup>6)</sup> qui tribus annis nec in dextro nec in sinistro latere iacere potuit. Sane <sup>7)</sup> de sinistro humero pertransivit inferius ad umbilicum et inde ad dexteram coxam; laborem paciens continuum semper iacere debuit ad dorsum. Qua pena cum iam miserabiliter esset attenuatus, vidit in sompnis quia meritis sancti Ludgeri deberet curari. Cui visioni adhibens fidem, iter suum sancto Ludgero vovit Monasterium. Nec paciens fuit more, sed eo se statim in reda <sup>8)</sup> duci fecit. Cumque iam esset in via, sensit quasi pruritus in dextra coxa, demissaque manu ut se ibi fricaret, palpavit ferrum sagittule que *pyl* dicitur teutonice. Quod quidem extractum multa sequebatur sanies de sinistro humero, sicut ei

<sup>1)</sup> So wird Überwasser im 12. Jahrhundert genannt, cfr. Erhard C. 500 und meine Bemerkung im Index S. 68, dass die Form trans aquas sich vor dem Jahr 1200 nicht findet. Dies bestätigt also ebenfalls unsere Annahme hinsichtlich der Abfassungszeit dieser Schrift. — <sup>2)</sup> Telgte. — <sup>3)</sup> Der fünfte Sonntag nach Ostern. — <sup>4)</sup> Das um 1140 gestiftete Benedictinerfrauenkloster Gertrudenberg vor dem Hasethore von Osnabrück. — <sup>5)</sup> Ein Auge von Wachs. — <sup>6)</sup> Emsbüren N. von Rheine. — <sup>7)</sup> Der folgende Satz ist unverständlich. Statt sane, wie unsere Hdschr. deutlich hat, wird sagitta zu lesen sein, wie die Erwähnung des *pyl*, Pfeil, erweist. — <sup>8)</sup> Für rheda, Wagen.

videbatur illa parte qua doluit defluens. Quo tandem cessante tam bene habuit, quod et ire et equitare statim per se potuit. Veniens itaque Monasterium offerensque ferrum sagittule, quas potuit Deo et sancto Ludgero graciaram actiones peregit.

10. Quedam mansit Aldensele<sup>1)</sup>; huius oculis spissa increverat pellicula, nec poterat ad quinque annos viam vel aliud aliquid preter diem dinoscere. Quam miseriam cum multa sustinisset paciencia, vidit quadam nocte in sompnis, quod meritis sancti Ludgeri visum recipere deberet. Ignorans autem que in loco tanti viri haberetur memoria, quod viderat in silencio transiit, non quidem de divina dubitans clemencia, sed non estimans aliquid in eo esse ponderis. Unde et iterum postea sompniavit, quod sacrificium suum deberet ferre Monasterium. Quod cum facere differet, contigit quosdam qui de Aldensele Freckenhorst peregre ierant redire et que viderant referre. Quibus auditis quando de vespere voverat eo ferre sacrificium suum, sequenti die bene potuit videre. Pellicula enim que increverat oculis eius, de mane rupta brevi quasi esset aqua in lacrimis defluxit tota. Veniens itaque Monasterium, percepte gracie sufficiens habuit testimonium.

11. Quidam fuit Sosati mercator, habens filium cui omnis urina per quandam umbilici exivit rupturam, non utique meatu libero, sed modo inexplicabili et inaudito. Sane quando id esse debuit, pre dolore vehementer clamare cepit. Quo audito venter ei circumquaque premebatur, et ita tandem urina eliciebatur. Que pena cum iam ad quinque annos invaluisset, mater quadam nocte vidit in sompnis quia curasset eum sanctus Ludgerus. Audita autem gracia quam Deus per eum Monasterii operabatur, convenit quasdam vicinas suas et alias sibi familiares, et relato eis que vidisset in sompnis, rogavit ut Deum secum invocarent et sancto Ludgero suas et pueri ut curaretur voverent oblaciones. Voverunt et puer melius cepit habere, et urina brevi ad debitum meatum recurrente, pater pro matris sponsione curacionis sue testis eum Monasterium duxit.

12. Pauper quidam in diverticulis episcopalis domus<sup>2)</sup> Monasterii repertus a servis quasi reus furti pugnis multabatur et certatim crinibus ad aquam trahebatur. In quam cum iam esset precipitandus, quidam ministerialis ecclesie superveniens, ne amplius mali ei facerent inhibuit. Ereptus itaque a manibus eorum, venit ad hospitale, rogans infirmorum provisorem ut sui misereretur. Recitans eciam qualiter tractatus esset, iurando inculcavit, quia nec malum tunc fecisset, nec pro malo faciendo venisset. Quibus concurrentibus ille misericordia motus dixit quod intraret et adhibuit ei curam quam potuit. Refocillatus autem potu cepit tam male habere, quod rogavit vocari sacerdotem ut corpus Domini acci-

<sup>1)</sup> Oldenzaal in der Twente NW. von Gronau. — <sup>2)</sup> Der bischöfliche Hof auf der Domimmunität, meines Wissens urkundlich zuerst 1181 erwähnt (Erhard C. 417 tres domuncule, quarum una in parochia S. Egidii, due iuxta curiam episcopalem site sunt) wird als domus nostra U.-B. III. 440., als aula l. c. 559 und als palacium nostrum ib. 433. 447. 702 von den Bischöfen bezeichnet. Seine Lage ergeben sehr genau die Worte der Urkunde Bischof Ludolf's von 1245 l. c. 440, worin er dem Priester, der capellam nostram in domo nostra Monasterii zu Lehen hat, zugleich auch aream in fine pomerii nostri iuxta pontem ad opus capelle ipsius überträgt. Erhard hat daher vollkommen Recht, wenn er Gesch. v. M. S. 124 das bischöfliche Haus in der Nähe des Spiegelthurms sucht. Auch nach unserer Quelle liegt dasselbe in der Nähe der Aa und wir ersehen daraus weiter, dass eine Treppe vom bischöflichen Palaste zum Flusse hinunter führte. — Später, wir wissen nicht aus welchem Grunde, wurde die bischöfliche Residenz in das jetzige Regierungsgebäude auf dem Domhofe verlegt, wo wir sie schon im Jahre 1280 (nicht 1282, wie Geisberg Merkw. d. St. Münster S. 50 angiebt) finden, U.-B. III. 1108: acta sunt hec Monasterii coram nobis in domo nostra iuxta capellam B. Michaelis sita, welcher Zusatz wohl gemacht wurde, um diesen von dem früheren, vielleicht noch bestehenden Hof zu unterscheiden. — Neben diesem bischöflichen Palaste und unabhängig von ihm bestand nun noch der Bispinghof, welcher meist wohl als curtis, zuweilen jedoch (U.-B. III. 113) als curia episcopalis bezeichnet wird. In dieser Beziehung hat die lehrreiche Abhandlung von W. Sauer (Zeitschr. XXXII. 160) viel Neues und Schönes zu Tage gefördert.

peret. Quo vocato, nec loquebatur nec agnovit aliquem. Preterea ipsi verso supra et pectore et capite in alto lecti posito, sanguis de pectore per os effluxit, ut non aliter quam si ei pedes cum trunco corporis essent erecti. Quod qualiter esset cum nos qui affuimus admiraremur, cepit ad loquendum linguam movere, et tandem loquebatur quod vix intelleximus: „Sanctum sepulchrum, sancte Johannes“. Quo labore de dominica ad sextam feriam durante, circa terciam horam, cum iam putaretur moriturus utpote in quo nec vitalis poterat dinosci motus, ex improvise dixit: Domine bene veniatis. Et eo dicto, iterum suo modo iacuit, nec diu quin diceret: „Domine libenter“. Et erigens se quesivit ubi esset tunica sua, subiungens: „Bernharde, sic enim vocabatur infirmorum provisor <sup>1)</sup>, nichil vidistis? Certe sanctus Ludgerus fuit hic, dextra manu crucem, sinistra portans baculum. Ipse pulcher canus dominus est. Certe ipse intravit capellam istam“. Bernardus autem quamvis multum thuris odorem sensisset, ratus autem quia erga mortem luctaretur, dixit: iace, volo vocare dominum Gerbertum <sup>2)</sup>, qui fuit frater et presbiter de curia abbatisse <sup>3)</sup>. Quo audito dixit: Eya facile ita, et reclinavit se super lectum. Veniente autem domino Gerberto sedit in lecto, et asserens quia sanctus Ludgerus iussisset quod sequeretur eum, rogavit dari sibi tunicam suam. Quod cum factum fuisset, vix eam pre tremore manuum induere potuit. Unde quidam dixit ei: Sede, multum doles crus, erat enim ei illud valde contritum, quando crinibus de trappa episcopalis domus trahebatur. Ceterum ipse affirmans se illud non dolere, elevato crure quo lesus non fuit, stabat illo in quo contricionis adhuc apparuerunt vestigia. Intrans eciam hospitali capellam <sup>4)</sup> extenso corpore, ter fecit veniam suam, et tunc fratribus et aliis multis eum sequentibus, ad sancti confessoris capellam quasi nichil mali passus fuisset festinavit. Ubi completa oracione sua se ipsum obtulit et quarta feria sequentis septimane iter ad sanctum Jacobum <sup>5)</sup> peregre arripuit.

13. Bilehem <sup>6)</sup> prope Osenbrugghe fuit quidam ad tres annos cecus; huic tribus noctibus continuis quidam sicut ei videbatur dixit in sompnis: Sanctus Ludgerus precipit, ut Monasterium voveas iter, tuum et recipies visum. Facto itaque voto, nocte sancte Margarete recepit visum veniensque Monasterium quosdam Osnaburgenses canonicos trine cecitatis sue habuit testes.

14. Quidam de Rinkerrode summe pertinens prepositure <sup>7)</sup> habuit sinistrum crus diutina infirmitate contractum, nec poterat ire, quin inniteretur baculo sub acella <sup>8)</sup> posito. Hic audiens ea que Monasterii per sancti Ludgeri fiebant merita, rogavit se imponi iumento suo et quasi de sanitate sua certus esset, si Monasterium veniret, festinavit eo. Cumque coram cruce duobus diebus assiduus fuisset in oracione, nec haberet quod consumeret, rediit domum. Qua autem spe, consequens probavit evidentissime. Sane cum uxor sua et pueri concurrerint eum de iumento levare, sanus descendit per se. Certus autem quia in reditu sanitatem consecutus esset, ignorabat quando vel ubi. Pedes itaque rediens Monasterium, quas potuit allato baculo gracias peregit.

15. Quidam Mindensis ecclesie predives ministerialis cis Weseram manens, tanta fuit debilitatus infirmitate, quod ad annum non poterat ire nisi duo ducerent eum inter se. Attamen ex quo incepit infirmari, multa consumpserat in phisicis <sup>9)</sup>. Huic una dierum amici sui recitaverunt quedam que audierant sanctum Ludgerum Monasterii fecisse. Quibus auditis, licet diu ante quasi certissimus esset de

<sup>1)</sup> In den, dem XII. Jahrhundert angehörenden Documenten des Magdalenenhospitals, sowohl bei Erhard C. 381. 435. 443. 464. als auch supra Nro. 73a. wird er in dieser Eigenschaft nie erwähnt. — <sup>2)</sup> Wird genannt in der Urkunde der Äbtissin von Überwasser Gertrud von 1173. C. 369. — <sup>3)</sup> Ein Hof der Äbtissin von Überwasser war im XII. Jahrhundert bisher unbekannt. — <sup>4)</sup> So die Handschrift. Nach der ältesten Urkunde C. 381. war im Jahre 1176 die Magdalenenkirche im Bau. Die Existenz des Hospitals auch schon in den Jahren 1169—1173 erweist aber diese kleine Schrift. — <sup>5)</sup> Zu Compostella. — <sup>6)</sup> Belm NO. von Osnabrück. — <sup>7)</sup> Summa prepositura für die Dompropstei ist ein auffallender Ausdruck. — <sup>8)</sup> Für axilla, Achsel. — <sup>9)</sup> D. i. die Ärzte hatten ihm viel gekostet — eine für die Sitten des XII. Jahrhunderts bemerkenswerthe Äusserung.

morte, dixit: Videtur vobis bonum quod eum de sanitate mea interpellam sacrificiumque meum ei voveam? Cui omnes uno ore responderunt: Ita utique. Quis de sua salute desperet? Facto voto tercia die ivit in domo et in curte sua quo voluit. Quinta eciam die Monasterium eques iter direxit, et cum prope venisset ad miliare, laneus et nudipes processit ulterius, crucique oblaciones suas triginta obtulit vicibus. Qualibet quidem vice Monasteriensem et levem nummum <sup>1)</sup>, excepta tricesima <sup>2)</sup>, qua tres graves et tres leves obtulit nummos. Proinde promittens se annuatim oblaciones suas eo missurum vel laturum dixit, quod in honore sancti Ludgeri laneus et nudipes redire vellet domum.

16. Quedam femina fuit tali dolore gravata, quod videbatur ei nil melius esse quam quod interficeret se. Unde et quodam mane accepit laqueum et cultellum, ut si non posset se cito suspendere, citius guttur suum cultello transficeret. Festinante autem ea ad locum ubi id facere cogitaverat, quidam in alba venit dicens: Propositum tuum est malum, redi ad cor et inclama Deum et fiduciam habe in sancto Ludgero, et liberaberis ab hiis et ab aliis angustiis tuis. Cumque hoc dixisset evanuit. Ipsa eciam facta in eodem loca venia ad se rediit et ad vocationem beati Ludgeri sic liberata fuit ab omni cogitatione mala, quod statim Monasterium festinavit et ieiuna laqueum et cultellum cum aliis oblacionibus obtulit.

17. Quidam manens prope Linge <sup>3)</sup> amiserat puerum vix duos habentem annos. Quem cum nec in domibus vicinorum nec in puteis nec in aliquibus ville inveniret diverticulis, in campo et in vicina quesiit silvula. Cumque iam duobus diebus querendo esset defatigatus, meminit gratie quam audierat sanctum Ludgerum Monasterii fecisse. Meminit inquam et cum multa cordis amaritudine vovit in honore eius ferre Monasterium instar pueri, si inveniretur, argenteum. Et quasi facto voto omnem suam sollicitudinem in sanctum refudisset confessorem, rediit domum. In redeundo autem venit ad quandam solitudinem, que usitato nomine *fene* dicitur. Quam transiens ex improvise invenit puerum, tali quidem loco, quod non poterat satis admirari, qualiter venisset eo. Presertim quia circumquaque tot et tales erant fosse, quod supra humanam fuit consideracionem quod non cecidisset in aliquam illarum. Divine itaque recognoscens id fuisse misericordie, instar pueri argenteum sicut vovit attulit Monasterium.

18. Quidam armiger cuiusdam vidue segetes noctu et furtim secans sensum perdidit. Nec qualicumque vexabatur insania, sed tali, quod putabatur maligno obsessus spiritu. Fecit enim mali quod potuit, et more insani currebat de nocte in plateis Osenbrugge. Ubi cum aliquot mansisset annis, sompniavit quod sanctus Ludgerus diceret ei: Surge et labora Monasterium et consequeris gratiam. Sed quomodo Monasterium laborare potuit, qui usu discretionis caruit? Audiatur quem iuvat scire, quam mirabiliter Deus suos glorificat sanctos. Morionum vel quocumque modo sensu carencium consuetudo est, audita frequenter repetere, et inter cetera quasi a demonio merediano ut ita dicam inducere <sup>4)</sup>. Accidit itaque et istum una dierum cuidam militi dicere, quia sanctus Ludgerus dixisset ei sicut prediximus ante. Quod quidem licet fecisset in mentis excessu, miles tamen ratus quia fuisset ita in re, duxit eum Monasterium. Ubi recepto sensu, cum mansisset per tempus, peregre direxit iter ad sanctum Egidium <sup>5)</sup>.

Plura alia Deus operatus est per servum suum Ludgerum, sed hec pauca de multis scripta sunt ad laudem et gloriam Dei et salvatoris nostri Christi Jesu qui est laudabilis et gloriosus in sanctis suis et super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

<sup>1)</sup> Hiernach ist unter dem Münsterschen der schwere Denar zu verstehen. — <sup>2)</sup> Nämlich: vice. — <sup>3)</sup> „Lirigæ“ hat die Ausgabe der Bollandisten an dieser Stelle. — <sup>4)</sup> Unverständlicher Satz. Dæmonium heisst ein kleiner Dämon, aber bedeutet der Zusatz meridianus südlich oder nachmittägig? — <sup>5)</sup> St. Gilles im südlichen Frankreich.